EVS SVPPLEMENTA VOL. 17

BRONISLAUS GŁADYSZ

DE EXTREMIS QUIBUS SEDULIANA CARMINA ORNANTUR VERBORUM SYLLABIS INTER SE CONSONANTIBUS



EDITVM AVXILIO MINISTERII INSTRUCTIONIS PVBLICAE
LEOPOLI 1931
PROSTAT LEOPOLI APUD SOCIETATEM PHILOLOGAM POLONORUM
PARISIIS APUD EDITORES LES BELLES LETTRES, 95 BOVL. RASPAIL

EUS SUPPLEMENTA ED. R. GANSZYNIEC

EUS SUPPLEMENTA tomis singulis singula comprehendent studia voluminis maioris quam ut in Societatis Philologae Polonorum commentariis q. i. EOS imprimi possint. Pretium singulorum voluminum est varium pro tomi magnitudine et argumento, ita tamen ut Societatis participes dimidium pretium solvant (ergo v. gr. pro 10 aureis pol. solummodo 5 aur.). Mandata et pretia colligit quaestor Societatis, prof. Marianus Golias, Leopoli, Ad viam S. Sophiae n. 22 (prof. Marjan Golias, Lwów, ul. św. Zofji 22).
am edita aut proxime edenda sunt opuscula haec:

1. Hahn Victor, Bibliographia philologiae classicae et humanisticae Polonorum a. 1911—1925 12 aur.

2. Zieliński Thaddaeus, Iresione vol. I 30 aur.

Iresione praestat collectas retractatasque eximii viri docti dissertationes olim editas, nunc rarissimas; volumen I opuscula ad antiquorum drama pertinentia: *Der Tod des Kratinos, Die attische Märchenkomödie, Quaestiones comicae, August Nauck, Kaibel, Die Prolegomena* περὶ κωμῳδίας (censura), *Excurse zu den Trachinierinnen, Der Gedankenfortschritt in den Chorliedern der Antigone, Quaestiuncula Euripidea, L'évolution religieuse d'Euripide, Reflets de l'histoire politique dans la tragédie grecque, The Reconstruction of the lost Greek tragedies, Die Gliederung der altattischen Komödie* (retractationes).

3. Bulas Kazimierz, Les illustrations antiques de l'Iliade (avec 35 planches) 12 aur.

4. Kagarow Eugen, Griechische Fluchtafeln 8 aur.

Kagarow, Leningradi Russorum professor publ. ord., hic proposuit theoriam et typologiam defixionum tabellarum, ususque populares et res litterarias enucleans psychologas demonstrat rationes.

5. Novotný François, Etat actuel des études sur le rythme de la prose latine 10 aur.

Clarissimus auctor, professor universitatis Brnensis Bohemorum et editor *Eurhythmiae prosae graecae et latinae* (Pragae Boh. 1921), descripsit hic historiam et problemata studiorum ad prosae latinae rhythmum investigandum pertinentia ea qua praecellit auctoritate et perspicuitate.

6. Turyn Alexander, Studia Sapphica 12 aur.

Lineamenta primae historiae pathographiae poeticae.

7. Auerbach Marianus, De vocibus peregrinis in Vetere et Novo Testamento graeco obviis 12 aur.

8-9. Zieliński Thaddaeus, Iresione, vol. II et III.

Volumen II tradet studia ad antiquorum religionem pertinentia, scil. *Die Orestessage und die Rechtfertigungsidee, Erysichthon, Rom und*

De extremis quibus Seduliana carmina ornantur verborum syllabis inter se consonantibus

EVS SVPPLEMENTA VOL. 17

BRONISLAUS GŁADYSZ

DE EXTREMIS QUIBUS SEDULIANA CARMINA ORNANTUR VERBORUM SYLLABIS INTER SE CONSONANTIBUS



EDITVM AVXILIO MINISTERII INSTRUCTIONIS PVBLICAE
LEOPOLI 1931
PROSTAT LEOPOLI APUD SOCIETATEM PHILOLOGAM POLONORUM
PARISIIS APUD EDITORES LES BELLES LETTRES, 95 BOVL. RASPAIL

E TYPOGRAPHIA SCIENTIFICA, LEOPOLI, VIA ARMENIORUM 8

DR. STANISLAO DOBRZYCKI

CLARISSIMO AC DOCTISSIMO VIRO

PROFESSORI ET RECTORI QUONDAM MAGNIFICO

UNIVERSITATIS LITTERARUM POSNANIENSIS

STUDIORUM SUORUM FAUTORI BENEVOLENTISSIMO

OPUSCULUM HOC ANIMO GRATISSIMO DICAT

AUCTOR

PROOEMIUM

Philologos recentiores ad extremarum verborum syllabarum inter se consonantium [1], quibus Latinorum tam veterum quam christianorum poetarum carmina ornantur, incrementa in dies magis magisque animos attendere inter homines studiis ac litteris deditos vix est, qui ignoret. Omnium prima egregia pro tempore et pro re Ludovici Antonii MURATORII dissertatio commemoranda est, medio saec. XVIII publicata, quae *De rhythmica veterum poesi* inscribitur [2]. Cuius vestigia in extremarum verborum syllabarum simili sono excutiendo haud paucos saec. XVIII atque XIX auctores secutos esse [3], nostris autem temporibus hoc studiorum genus plures in dies philologos adamasse novimus [4]. Quorum nonnullos extremarum syllabarum consonarum incrementa per saecula progredientia modo iam historico describere conatos esse probant commentationes, quas viri doctissimi Guilelmus GRIMM [5], Eduardus WÖLFFLIN [6], Otto DINGELDEIN [7], Carolus POLHEIM [8] conscripserunt. Quae tamen commentationes, licet

---

1) Praefari iuvat „extremas verborum syllabas inter se consonantes" in nostra commentatione easdem intelligendas esse, quas grammatici vetustiores *homoeoteleuta* et recentiores *rimos* vocare consueverunt

2) *Antiquitates Italicae medii aevi* vol. III (Mediolani 1740) p. 660. — Repetivit MIGNE, *Patrologia Latina* vol. CLI col. 755.

3) Auctores vetustiores invenies apud Augustum KAHLERTUM, *De homoeoteleuti natura et indole dissertatio*, Vratislaviae 1836, p. 4 — 6.

4) Auctores recentiores afferunt Ulysse CHEVALIER, *Poésie liturgique du moyen âge*, vide *L'Université catholique* vol. X, Lyon 1892, p. 177 sq. annot. 3. — Ludwig TRAUBE, *Einleitung in die Philologie des Mittelalters*, vide *Vorlesungen und Abhandlungen* vol. II, München 1911, p. 110. — Karl STRECKER, *Einführung in das Mittellatein*, Berlin 1928, p. 24 sq.

5) *Zur Geschichte des Reims*, vide *Kleinere Schriften* vol. IV, Gütersloh 1887, p. 125 — 341.

6) *Der Reim im Lateinischen, Archiv für latein. Lexicographie* I, 1884, p. 350 — 389.

7) *Der Reim bei den Griechen und Römern*, Leipzig 1892.

8) *Die lateinische Reimprosa*, Berlin 1925.

magna sit sine dubio earum auctoritas in huius rei studiis promovendis, ad certum exitum non pervenientes ansam potissimum dederunt vehementium interdum controversiarum, quarum causa inde quaerenda videtur, quod memoratae commentationes sat modico suo ambitu abundantem materiam capere non potuerunt, quapropter auctores summatim tantum atque in universum rem exponendo sententias suas, quamquam persaepe acutas, in rationum conclusione non sat solide fulserunt aliosque ad falsas opiniones et nascentes ex iis controversias, nequaquam ab omnibus prout ex doctissimorum Guilelmi MEYERI[9]) et Eduardi NORDENI[10]) de extremarum syllabarum inter se consonantium origine pugna patet, ad maiorem scientiarum earumque columinum gloriam peractas, provocaverunt. Ut nobis quidem videtur, prius commentationibus peculiaribus accurate perscriptis singulorum saltem digniorum poetarum Latinorum ars, qua versus extremis syllabis consonantes facere solebant, subtilius cognoscenda est, quo simul modo materia necessaria comparabitur et disponetur; quibus denique peractis meliore rerum successu ad commentationes generales historicum extremarum verborum syllabarum inter se consonantium progressum describentium procedendum erit.

Quae rei cognitio haud dubie etiam aptissimam extremarum verborum syllabarum similem sonum perscrutandi rationem nobis praestabit, cuius defectus usque adhuc non modicam philologis difficultatem parabat. Satis est significasse nostrorum etiam temporum grammaticos dissidere de vi, quae voci „extremarum verborum syllabarum inter se consonatium“ subiecta est, quapropter hac de re pauca nobis praeponenda videntur.

Extremas verborum syllabas ipso initio nusquam perfecte inter se consonantes inveniri, sed ex forma minus perfecta, quae „syllabae assonantes“ vocatur, in formas perfectiores, quae sunt similis sonus primum unius syllabae ac deinde duarum syllabarum, converti philologorum studia docent. Ita in primordiis carminum omnium populorum res se habebat, ut

---

9) *Über Ursprung und Blüte der mittellateinischen Dichtungsformen, Gesammelte Abhandlungen* vol. I, Berlin 1905, p. 5 annot. 1.

10) *Über die Geschichte des Reims, Die antike Kunstprosa* vol. II, Leipzig-Berlin 1918, p. 827, et *Agnostos Theos,* Leipzig--Berlin 1913, p. 262.

exemplo utar, etiam Polonorum[11]); par adhuc usque ratio est carminum, quae in ore populi sunt[12]); perinde etiam carminum antiquissimorum nationum Romanorum [13]); similia quoque sine dubio prima rudimenta extremarum verborum syllabarum inter se consonantium erant, quibus Latina poemata ornabantur, quod iam mediae aetatis carminum celeberrimus aestimator MEYER multis argumentis confirmavit.[14]) Quod tamen ad quaestionem attinet, ubinam syllabae extremae perfecte inter se consonantes a syllabis concentum non servantibus nisi imperfectum seiun-

---

[11]) Wilhelm BRUCHNALSKI, *O rymie w poezji polskiej do J. Kochanowskiego,* vide *Muzeum* vol. I, Lwów 1885, p. 466: „W najwcześniejszej bowiem poezji każdego narodu, który rym uważał za nierozdzielną część jej formy, pojawia się on zawsze jako niedokładny i nieczysty, tak, że w pierwszych próbach wiązanej mowy nie jest on jeszcze współdźwiękiem we właściwem tego słowa znaczeniu, ale częstokroć słabym tylko obrazem tego, co dziś pod nim rozumiemy. Z czasem dopiero, gdy poetyczne wykształcenie na wyższym stawać zaczęło poziomie, — gdy większa inteligencja więcej zaczęła wymagać od poetów, niż proste tony ludowej lutni, wtedy z doskonaleniem treści i forma coraz więcej kształcić się zaczęła wraz z tą częścią, którą zowiemy rymem. Takie same fazy rozwoju przechodziła i poezja polska pod względem treści i formy idąc z stopnia na stopień, dopókąd nie stanęła na wyżynie, na której postawiła ją długa praca mistrzów pióra".—De extremarum syllabarum assonantium frequentia in recentissimis Polonorum carminibus revirescente confer, quod scribit Adam SZCZERBOWSKI, *Dziesięciolecie asonansu,* vide *Ruch Literacki* IV 1929, p. 193 — 203.

[12]) J. KARŁOWICZ, *Studja nad formą i treścią pieśni ludowych.* II. *Rym,* v. *Prawda* II 1862, p. 172: „Słowem, pod względem rymów, pieśni nasze przedstawiają całą gammę, od prostych assonacyj do najdoskonalszych rymów w dzisiejszem pojęciu, najwięcej jednakże używają one rymów morfologicznych, w które obfituje KOCHANOWSKI i inni poeci nasi XVI wieku. Rzec tedy można, iż pieśń ludowa zatrzymała się na stopniu rymowego rozwoju epoki KOCHANOWSKIEGO".

[13]) Gustav GERBER, *Die Sprache als Kunst* vol. II, Berlin 1885, p. 168: „Die Assonanz, der zum Endreim die Gleichheit des schliessenden Konsonanten fehlt, ist nach ihrem Vorkommen bei den Romanen, namentlich den Spaniern, mehr ein nicht zur Vollkommenheit entwickelter Endrein zu nennen, als eine besondere Reimart". — Edmund STENGEL, *Romanische Verslehre,* vide Gustav GRÖBER, *Grundriss der romanische Philologie* vol. II pars I, Strassburg 1911, p. 61: „Aus der Assonanz entwickelte sich auf romanischem Boden spontan der Reim, er ist ja nur eine vervollkommnete Assonanz".

[14]) *RADEWINS Gedicht über THEOPHILUS und die Arten der gereimten Hexameter, Gesammelte Abhandlungen* vol. I, p. 78, et *Der Ludus de Antichristo und über die lateinischen Rhythmen,* ibidem p. 190 sq.

gendae sint, eruditorum opiniones valde discrepant. WÖLFFLIN, inclutus philologus, in commentatione sua de Latinarum syllabarum simili sono ab extremis verborum syllabis inter se consonantibus, quae hodie tales habentur, proficiscens omnes alias, quae cum iis non congruunt, a se reicit. Ergo nullam esse soni similitudinem affirmans, quando verba una tantum syllaba extrema vel duabus quidem, brevibus tamen et accentu carentibus, concordant, velut in vocabulis *calcáribus-móntibus,* ad syllabas vere inter se consonantes constituendas minimum duarum syllabarum longarum vel duarum longarum, quae simul accentu ornatae sint, et duarum brevium concentum servandum esse statuit.[15]) Quibus concessis perfecto modo vocabula *rēs-spēs* et *nátus-grátus* inter se consonarent, iam minus perfecte vocabula *rátus-grátus* Item WÖLFFLIN extremas verborum syllabas secundum legem grammaticae similes factas velut *are-are, ere-ere, ire-ire,* quibus declinationes et coniugationes verborum Latinorum abundant, non vult inter se vere consonantes agnoscere neque concentum verborum ex additis similibus syllabis extremis velut *alis, urum, escere,* manantem dicendo ad similitudinem extremarum syllabarum efficiendam deliberatum aliquem mentis actum semper necessario requiri.[16]) Exclusis insuper omnibus syllabis consonis verborum intra versus occurrentium, WÖLFFLIN earum tantum, quae in exitu versuum inveniuntur, rationem habet[17]). Quem recte DINGELDEIN impugnat monendo hymnographos Latinos omnium temporum syllabis extremis secundum praecepta grammatica inter se consonantibus nulla praeiudicata opinione usos esse.[18]) Similiter Alexander EHRENFELD contra Casparum

[15]) Ibd. p. 350: „Weder Gleichheit einer noch zweier kurzer unbetonter Schlussilben... genügt nach unserer Auffassung zum Reime, sondern es bedarf mindestens einer langen oder einer langen (betonten) und einer einer langen (betonten) und einer kurzen Silbe".

[16]) Ibd. p. 352: „Soll der Reim eine Auszeichnung sein, soll eine gewisse Kunst, eine kleine Geistesthat darin liegen, zwei reimende Worte zusammenzubringen, so müssen wir ausser der Endung und dem Ableitungssuffixe auch noch die Gleichheit eines Buchstabens oder einer Silbe des Stammes in Anspruch nehmen".

[17]) Ibd. p. 350.

[18]) *Der Reim bei den Griechen und Römern* p. 6: „Haben doch auch die reimgewandten lateinischen Hymnendichter den Flexionsreim jederzeit ohne Scheu zur Anwendung gebracht".

POGELLUM, eius modi syllabas extremas similes in carminibus poetarum Latinorum abhorrentem[19]), earundem canoro sono delectatur.[20]) Sententia WÖLFFLINI accepta a syllabarum extremarum in veterum poetarum Latinorum versibus similitudine inquirenda omnino nobis recedendum esset, nam syllabae perfecte inter se concordantes, de quibus WÖLFFLIN nimium postulat, in eorundem carminibus non inveniuntur nisi perraro; nihilo minus sufficit legisse ex. gr. sequentes versus, a quibus SEDULIANUM poema, cui titulus *Carmen Paschale* est, initium ducit:

Pascha*les* quicumque da*pes* conuiua requ*iris,*
  Dignatus nost*ris* accubitare to*ris,*
Pone supercil*ium* si te cognoscis am*icum,*
  Nec quaeras opus hic cod*icis* artif*icis:*
Sed modic*ae* contentus adi sollemnia mens*ae*
  Plusque libens anim*o* quam satiare cib*o,*[21])

ad syllabas extremas verborum hic clare resonantes cognoscendas, quamquam alius generis est earum similitudo ac illa, de qua philologus noster loquitur.

---

[19]) *Grundzüge einer Theorie des Reimes und der Gleichklänge,* Münster 1834, p. 122: „Was sich reimt, sind Endsylben, welche nichts ausdrücken als Zeit, Zahl und Person; es liegt nichts für Gefühl und Empfindung in ihnen ... Ich denke, dieses war Grund genug, weshalb es den lateinischen und griechischen Dichtern niemals einfallen konnte, Reime zu machen; gesetzt auch, dass die den Gleichklängen günstige Gemüthsstimmung in ihnen gewesen wäre. Der Reim hätte bei ihnen nur leeren Klingklang bewirken können; höchstens wäre eine architektonische Gliederung dadurch gewonnen, und ein gehaltloses Spiel der überraschten Wahrnehmung. Das die Mönche des Mittelalters dennoch die lateinischen Kirchenlieder reimten, zeigt nur von ihrem unreifen Geschmacke, und der allgemeinen Sucht, alles mit gothischen Schnörkeleien zu verzieren“.

[20]) *Studien zur Theorie des Reimes, Abhandlungen der Gesellschaft für deutsche Sprache* vol. I, Zürich 1897, p. 94: „Zur Probe, wie hässlich blosse Flexionsreime seien, druckt Poggel einige Strophen aus dem „Dies irae“ ab. Ich kann mich hier freilich nur auf mein Gefühl berufen, aber bei der Erörterung ästhetischer Fragen müssen eben subjektive Gründe immer hinein spielen. Und ich glaube, nicht allein zu stehen mit der Empfindung, dass es nichts schöneres gibt, als die vollen Klänge lateinischer Reime an sich vorüber rauschen zu lassen, ohne auch nur an den Inhalt zu denken“.

[21]) *SEDULII opera omnia* rec. Iohannes HUEMER. *Corpus Scriptorum Eccles. Latinorum* vol. X, Vindobonae 1885, p. 14: *Praefatio,* v. 1—6.

Iam ad extremum oppositum transeamus, cuius fautor Georgius SIGERSON exstitit, auctor commentationis de SEDULII poemate, quod *Carmen Paschale* inscribitur, qua SEDULIUM in Hibernia natum ibique litteris institutum esse probare conatur[22]), quam opinionem iam a Trithemio, mediae aetatis scriptore, perperam prolatam Ioannes LOOSHORN refellit[23]). Argumentorum momenta, quibus opinionis suae veritatem fulcire vult, SIGERSON ex plurimis, quibus SEDULIUS carmina sua exornat, extremis verborum syllabis similiter sonantibus promit, ut SIGERSON putat, in veteri Celtico-Hibernica arte poetica primordia sua habentibus, quae poeta noster in sua, quae videtur, patria optime noverit[24]). In Hibernorum arte poetica duo tantum genera vocalium distinguuntur: *i* et *e,* quae „slender" vel tenues vocantur, atque *a, o, u,* quae „broad" sive crassae dicuntur[25]) quae omnia cum nostra distinctione vocalium acutarum et gravium haud difficile congruunt. Vocales acutae inter se consonant, idque non solum vocalis *i* cum eadem *i* et *e* cum *e,* sed eodem modo etiam vocales dissimiles, *i* scilicet cum *e;* quod idem dicendum est de tribus vocalibus gravibus, quae et similes et dissimiles inter se consonant. Quod ad litteras consonantes attinet, quinque genera distinguuntur: primum, littera *s,* quae „regina consonantium" vocatur neque consonat nisi cum alia littera *s;* secundo, litterae *p, c, t,* quae lenes vel nobiles dicuntur[26]), inter se consonant; tertio, similiter litterae *g, b, d,* quae fuscae seu durae appellantur[27]); quarto, aeque litterae *ll, nn, rr, n, ng,* quae plenae sive graves nominantur[28]); quinto, perinde litterae *b, d, g, l, m, n, r,* quae tenues vel acutae putantur[29]). Quem pangendi carmina modum SEDULIO inculcando SIGERSON ad talem sententiam pervenit:

---

22) *The Eastern Song being the first Epic of Christendom by SEDULIUS the first Scholar-Saint of Erinn, Dublin* 1922.

23) *Cölius SEDULIUS und seine Werke, cf. Zeitschrift für katholische Theologie* IV 1880, p. 74.

24) *The Eastern Song* p. 7.

25) O'MOLLOY, *De Prosodia Hibernica,* Romae 1677. — Cf. SIGERSON, *The Eastern Song,* l. c.: p. 213 annot 1.

26) *The Eastern Song,* l. c.: *„Soft or noble letters".*

27) Ibd. *„Lower or hard".*

28) Ibd.: *„Strong".*

29) Ibd.: *„Light".*

In pervulgato illo hymno iambico initium sumente a verbis:

A solis ortus cardine
Ad usque terrae limitem
Christum canamus principem
Natum Maria virgine,

SIGERSON primum syllabas alliterantes statuit verborum *A*, *o*rtus, *a*d, *u*sque, *C*hristum, *c*anamus, *p*rincipem; deinde concentum binarum syllabarum *ine, item, ipem, ine;* postremo complures syllabas interiores consonas velut *-tus cardine — ad usque te-, canamus prin — natum Mari-* [30]). Etiamsi SEDULIUM artem poeticam Celtico-Hibernicam discere eamque extremis verborum syllabis inter se consonantibus imitari aliquantum potuisse prorsus non est negandum, verisimile tamen minime videtur leges eiusdem artis universas ab eo in carmina Latina translatas esse. Concedendum est etiam in lingua Latina appellationem litterarum aliquando ambiguam fuisse, praesertim inter vocales *e* et *i* aeque ac inter ae et *oe* et *e* pariter ac inter *o* et *u* [31]), similiter ac appellationem litterarum consonantium extremarum potissimum velut *m, n, s, t,* quae in locutione quotidiana evanescebant [32]), quem loquendi modum etiam

---

[30]) Ibd. p. 222.

[31]) Hugo SCHUCHARDT, *Der Vokalismus des Vulgärlateins* vol. I, Leipzig 1866, p. 106; vol. II 1867, p. 43, 47, 301. — Iohannes HUEMER, *Untersuchungen über den iambischen Dimeter bei den christlich-lateinischen Dichtern,* Wien 1876, p. 35. — Idem, *Untersuchungen über die ältesten lateinisch-christlichen Rhythmen,* Wien 1879, p. 46. — Emil SEELMANN, *Die Aussprache des Latein nach physiologisch-historischen Grundsätzen,* Heilbronn 1885, p. 178, 225 sq. — Friedrich STOLZ, *Historische Grammatik der lateinischen Sprache* vol. I, Leipzig 1894, p. 209. — Lucianus MUELLER, *De re metrica poetarum Latinorum,* Petropoli-Lipsiae 1894, p. 445, 453.—W. MEYER, *Petri ABAELARDI Planctus,* vide *Ges. Abhandl.* vol. I, p. 362. — Ferdinand SOMMER, *Handbuch der lateinischen Laut-und Formenlehre,* Heidelberg 1914, p. 71, 77. — Karl STRECKER, *Einführung in das Mittellatein,* p. 26.

[32]) SCHUCHARDT, *Der Vokalismus* vol. I p. 104. — W. CORSSEN, *Über Aussprache, Vokalismus und Betonung der lateinischen Sprache* vol. I, Leipzig 1868, p. 249, 273, 294. — Gustav KOFFMANE, *Geschichte des Kirchenlateins* vol. I, Breslau 1879, p. 108. — SEELMANN, *Die Aussprache* p. 355. — STOLZ, *Historische Grammatik,* p. 50, 341, 345. — MUELLER, *De re metrica,* p. 427. — Hugo GLEDITSCH, *Metrik der Griechen und Römer, Handbuch der klassischen Altertums-Wissenschaft,* ed. Ivan von MÜLLER, vol. II pars III, Münschen 1901, p.257. —

poetas christianos secutos esse HUEMER probavit[33]. Eiusdem litterarum *e* et *i* confusionis significatio apparet ex. gr. in codice manu scripto Taurinensi E IV 42 oriundo saec. VII, ut opinio plurimorum[34], vel ineunte saec. VIII, ut Rudolphus BEER affirmat[35]. Quae tamen non admittebantur nisi in primordiis extremarum syllabarum consonarum neque syllabae assonantes factae sunt norma artis poeticae Latinae, quae temporum cursu ad extremarum syllabarum concentum perfectum tendebat. Syllabas verborum extremas consonas modo SIGERSONI in SEDULIANIS carminibus quaerentes indigestam earum molem inveniremus naturae artis poeticae Latinae omnino repugnantem, quippe quae certis legibus a SEDULIO quoque sat diligenter observatis regatur. Ad usum extremarum syllabarum eundem sonum repetentium in SEDULIANIS carminibus demonstrandum non est nobis opus illud extremum, quod SIGERSON ad suam de Hibernica SEDULII origine opinionem firmandam carminibus eius inculcat.

Quibus et WÖLFFLINI et SIGERSONI immoderatis caute modum imponentes, ad SEDULII extremarum verborum syllabarum concordiam ratione, in mediae aetatis carminibus tractandis saepius iam usitata, inquirendam nos dabimus. MEYER multorum annorum studiis innitens quattuor extremarum syllabarum concentus gradus atque aetates distinguit[36]: initio non habemus nisi vocales extremarum syllabarum assonantes sine respectu consonantium extremarum, ex. gr. anim*am* — recre*as*; posterius unius tantum extremae syllabae similem sonum, ex. gr. anim*as* — recre*as*, postea, sed exeunte demum saec. XI, in omnium usu versantur extremae verborum syllabae

---

SOMMER, *Handbuch*, p. 299 sq. — Paul KRETSCHMER, *Sprache, Einleitung in die Altertumswissenschaft*, ed. A. GERCKE et E. NORDEN, vol. I fasc. VI, Leipzig und Berlin 1923, p. 116.

[33]) *Untersuchungen über den iambischen Dimeter*, p. 37, 39. — Idem, *Untersuchungen über die ältestem lateinisch-christlichen Rhythmen*, p. 48.

[34]) August REIFFERSCHEID, *Bibliotheca Patrum Latinorum Italica*, III. *Die Ambrosianische Bibliothek in Mailand*, vide *Sitzungsberichte philos. hist. Classe d. k. Akad. d. Wiss.* vol. LXVII, Wien 1871, p. 551. Ioh. LOOSHORN, *Coelii SEDULII opera*, Monachii 1879, p. VIII.

[35]) *Bemerkungen über den ältesten Handschriftenbestand des Klosters Bobbio*, vide *Anzeiger d. k. Akad. d. Wiss.* vol. XLVIII, Wien 1911, p. 94.

[36]) *Petri ABAELARDI Planctus* p. 362.

inter se recte consonantes una cum paenultimis assonantibus, ex. gr. pr*osa* — son*ora;* saec. tandem XII similis extremarum syllabarum sonus expolitur atque conficitur eodemque tempore binarum syllabarum concordia, ex. gr. cern*ere* — cognosc*ere*, vel coaequ*astis* — perturb*astis*, tamquam lex observatur[37]. Quo ergo longius carminum Latinorum historiam respicimus, eo imperfectiores similium syllabarum extremarum formas invenimus, proinde in SEDULII poetae saec. V. non syllabas verborum extremas perfectum concentum servantes legere speramus, sed concentui unisyllabo, quin etiam syllabis assonantibus acquiescimus.

Ad SEDULII extremarum syllabarum similitudinem perspiciendam melior atque certior via nobis eligenda est. Praeter extremarum syllabarum similem sonum ad evidentem earum concentum statuendum aliis quoque punctis argumentorum opus est, cuius generis est iam syllabarum extremarum inter se consonantium frequentatio[38]. Quo frequentius enim haec versuum ornamenta conspiciuntur, eo certius poetam ea adamasse constat. Quo statuto etiam syllabarum imperfecte inter se consonantium ratio est habenda. Graviora tamen quam ex frequentatione similium syllabarum extremarum, ex earum locatione in versuum compositione argumenta sumenda sunt[39]; syllabae enim verborum extremae similes tunc clarius sonant, cum ponuntur, ubi vox humana immorari solet, in caesura et exitu versuum potissimum, ut MUELLER docet[40]. De syl-

---

[37]) Wilhelm MEYER, *Zwei Gedichte zur Geschichte des Cistercienser-Ordens*, vide *Nachrichten d. königl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen philol.-hist. Klasse* 1908, Berlin 1908, p. 378.

[38]) Ludovicus BUCHHOLD, *De paromoeoseos apud veteres Romanorum Poetas usu*, Lipsiae 1883, p. 37. — DINGELDEIN, *Der Reim bei den Griechen und Römern*, p. 11.

[39]) DINGELDEIN l. c.

[40]) *De re metrica* p. 569: „Contra aptae mehercule homoeoteleutis eae partes metrorum, in quibus utique necessest immorari vocem, scilicet in caesura et exitu numeri positae: proximum frequentia talest homoeoteleuton, quod in fine constat versuum continuo iunctorum, ita tamen, ut monosyllaba arsi contineatur. minus longe placent primo et ultimo loco eiusdem carminis aut initiis collocata diversorum. rarissima sunt, quae sententiarum ac non numerorum constent terminis. denique mediis metris aut fine versuum non contiguorum accidentia homoeoteleuta praeter paronomasias casu evenisse putabimus". — Alexander EHRENFELD, *Studien zur Theorie des Gleichklangs*, vide *Abhandl. d. Ges. für deutsche Sprache* vol. II, Zürich 1904, p. 8.

labis extremis inter se consonantibus idem valet, quod M. Fabius QUINTILIANUS de numeris clausularum dixit, eas scilicet in caesuris potissimum et exitu versuum desiderari et apparere: *primum quia sensus omnis habet suum finem poscitque naturale intervallum, quo a sequentis initio dividitur; deinde quod aures continuam vocem secutae ductaeque velut prono decurrentis orationis flumine tum magis iudicant, cum ille impetus stetit et intuendi tempus dedit. Non igitur durum sit neque abruptum, quo animi velut respirent ac reficiantur. Haec est sedes orationis, hoc auditor expectat, hic laus omnis declamat*[41]). Si de versibus caesuris aequaliter et congruenter in membra dispositis agitur, syllabas similes certis intervallis resonantes apprehendendo animi cum attentione in reliquis carminis partibus easdem exspectamus et locis praesensis iisdem apparentibus acquiescimus[42]). Quapropter syllabae verborum extremae in caesuris et exitu versuum inter se consonantes clarius sonant quam syllabae extremae similes inordinatae atque incompositae. Quae cognitio, poetam scilicet in syllabis verborum extremis consonis formandis ordinem quendam servare, novum et apertum quidem argumentum nobis affert syllabarum extremarum concentum non esse casu effectum, sed consulto et cogitatu compositum, commutatis verbis, easdem syllabas extremas verborum vere esse inter se consonantes, quamquam fortasse imperfecto modo.

---

[41]) *Institutionis oratoriae* libri XII rec. Eduardus BONNELL vol. II, Lipsiae 1889, p. 135: lib. IX, 4, 61. — L. MUELLER, *De re metrica*, p. 564: „Nimirum homoeoteleuti longe acrior vis est ideo, quod animus ad finem partis orationis semper properat, quippe quo ratio condicioque in enuntiato obtinens declaratur, simul quod refert elegantiae in sermone culto finalis pronuntiationem neglegentiorem figurae sive rhetoricae sive poeticae impediri gravitate".

[42]) Kazimierz WÓYCICKI, *Forma dźwiękowa prozy polskiej i wiersza polskiego*, Warszawa 1912, p. 123: „Ze wszystkich działań rymu wymieniamy najpierw najbardziej samoistne: dostarczanie rozkoszy muzycznej przez powtarzanie tych samych dźwięków w określonych odstępach czasu. Skoro zaś zainicjowany został w nas proces wysłuchiwania utworu rymowanego, wyodrębnione z płynnego szeregu rozmaitych brzmień wiersza przez wzmocnienie rytmiczne i pauzę brzmienia końcowe budzą oczekiwanie, które trwa z wzrastającem lub słabnącem napięciem zależnie od różnych przyczyn aż do chwili, gdy powtórzenie jednobrzmienia wyzwala nas z oczekiwania; dźwięki, pokrywające się dokładnie lub mniej dokładnie z poprzedniemi, przynoszą zaspokojenie".

Tertium etiam argumentum afferri potest, quando poeta syllabas similes cuiusdam speciei ad animos in habitum sententiis carminis convenientem afficiendos eligit, ex. gr. ad hilarem animi affectionem syllabas extremas acutas, ad tristem animi motum syllabas inter se consonantes graves[43]. Quae tamen artificia, haud dubie iam indicantia extremas verborum syllabas a poeta de industria inter se consonantes factas esse, maiorem artis peritiam requirunt, quae in antiquissimorum scriptorum carminibus rara est inventu.

Quam perscrutandi viam sectantes omnium SEDULIANA carmina ornantium similium syllabarum extremarum, et perfecte et imperfecte inter se consonantium, rationem ducemus, ne assonantibus quidem exceptis, ubicumque satis clare cognoscuntur, ad definiendam earum frequentationem earumque positionem potissimum in versuum structura, inquirentes, si forsitan iam de SEDULIO in extremis verborum syllabis consonis adhibendis normae quaedam, quamquam generales, statui possint.

---

[43]) DINGELDEIN p. 12. — WÓYCICKI p. 124: „Powtórzenie jednakowych brzmień nie tylko jednak dostarcza rozkoszy zmysłowej naszemu uchu; zależnie od natury brzmień wywołuje stany uczuciowe, które mogą przyczyniać się nieraz znacznie do spotęgowania nastroju tematu".

I. STATUS QUAESTIONIS

Extremarum syllabarum concentus in SEDULIANIS versibus clarius sonat, quam quem auctores de carminibus eius tractantes negligentia praeterire possent. Itaque iam BEDA VENERABILIS († 735), auctor commentationis, quae *de arte metrica* inscribitur, versus SEDULIANOS hexametros similibus verborum syllabis extremis ornatos pulcherrimos atque perfectos versus dactylicos habet[1]; quae poetae nostri pertractatio, crescentibus nostris temporibus litterarum studiis, in dies maius incrementum capit. Inter nostrae aetatis philologos ad SEDULII extremarum syllabarum similitudinis usum animum referentes memoria digni sunt sequentes potissimum: M. Edélestandus Du MÉRIL[2], Guilelmus GRIMM[3], Ioannes Christianus Felix BÄHR[4], Carolus Ludovicus LEIMBACH[5],

[1]) Henricus KEIL, *Gramatici Latini* vol. VII, Lipsiae 1880 p. 244: „Optima autem versus dactylici ac pulcherrima compositio est, cum primis paenultima ac mediis respondent extrema, qua SEDULIUS frequenter uti consuevit".

[2]) *Poésies populaires latines antérieures au douzième siècle,* Paris 1843, p. 82: „Dans la prémière moitié du siècle suivant Coelius SEDULIUS recherchait évidemment les consonances, sans en reconnaître cependant l'indispensable nécessité, puisqu'elles manquent dans quelques strophes et ne se reproduisent pas regulièrement dans les autres".

[3]) p. 300: „Betrachten wir die folgenden Jahrhunderte, so begegnen wir bei SEDULIUS aus der ersten Hälfte des fünften Jahrhunderts in der Hymne auf Christus... keiner Strophe ohne Reim: in den Reimpaaren ist er genau und ungenau".

[4]) *Die christlichen Dichter und Geschichtsschreiber Roms, Geschichte der römischen Literatur* vol. IV, Carlsruhe 1872, p. 9 annot. 2: „So haben AMBROSIUS und PRUDENTIUS in ihren Hymnen den Reim augenscheinlich vermieden, weniger dagegen SEDULIUS, bei welchem derselbe öfters vorkommt".

[5]) *Caelius SEDULIUS und sein Carmen Paschale, Patristische Studien* vol. I, Goslar 1879, p. 42: „Endlich besitzen wir noch einen *Hymnus vitam Christi continens...,* in welchem sich schon starke Spuren des Reimes nachweisen lassen".

J. LOOSHORN[6]), Eduardus WÖLFFLIN[7]), Ulixes CHEVALIER[8]), Nicolaus SPIEGEL[9]), Otto BARDENHEWER[10]), Alexander BAUMGARTNER[11]), Hermannus JORDAN[12]), Coelestinus VIVELL[13]), Casimirus MORAWSKI[14]), W. B. SEDGWICK[15]), Adalbertus SCHULTE[16]). SEDULIUM non solum in carminibus, sed etiam in operibus suis soluta oratione scriptis haud raro extremas verborum syllabas inter se conso-

---

6) p. 86: „Auch liebt er den Reim im Hexameter, Pentameter wie im jambischen Dimeter, die Alliteration und anderen, wir dürfen sagen, rhetorischen Schmuck der dichterischen Darstellung".

7) p. 379: „Stärker schon tritt der Reim in dem Hymnus auf Christus von SEDULIUS hervor".

8) p. 515: „SEDULIUS... recherchait les consonances sans s'en faire une loi".

9) *Untersuchungen über die älteste christliche Hymnenpoesie,* pars I: *Reimverwendung und Taktwechsel,* Würzburg 1896, p. 32 annot. 2.

10) SEDULIUS, *WETZER und WELTE'S Kirchenlexikon* vol. XI, Freiburg 1899, col. 40: „Derselbe (hymnus scilicet a verbis „A solis ortus cardine" incipiens) verläuft in jambischen Dimetern, welche fast regelmässig reimen".

11) *Die lateinische und griechische Literatur der christlichen Völker, Geschichte der Weltliteratur* vol. IV, Freiburg 1905, p. 196: „Dasselbe (idem scilicet hymnus, de quo supra) unterscheidet sich durch seine Zartheit sowie die Anwendung des Reimes und seine musikalische Anlage sehr deutlich von den ambrosianischen Hymnen".

12) *Geschichte der altchristlichen Literatur,* Leipzig 1911, p. 473: „SEDULIUS... eine ausgedehnte Anwendung des Reimes".

13) *Leoninische Verse und Reime,* v. *Studien und Mitteilungen zur Gesch. d. Benediktiner-Ordens* vol. XXXIII, Salzburg 1912, p. 19: „So erklärt sich auch das gleichzeitige Auftreten des Akzentes und des Reimes im 4. Jahrhundert. Wir begegnen denselben schon bei AMBROSIUS† 397, PRUDENTIUS † 410, SEDULIUS † 430, und AUGUSTINUS † 430".

14) *Zarys literatury rzymskiej,* Kraków 1922, p. 398: „Język jest poprawnym u SEDULIUSA i metryka również; uderza jednak u niego zagęszczanie się rymu".

15) *The origin of rhyme,* v. *Revue Bénédictine* vol. XXXVII, Maredsous 1924, p. 343 annot. 2: „It is possible that assonance itself was debased rhyme, springing from the tendency of Latin, as it approximated to Romance, to slur over the final syllables. Cf. remarks on SEDULIUS *A Solis Ortus* in TEUFFEL", de quo infra.

16) *Die Hymnen des Breviers,* Paderborn 1925, p. 142: „Dieser Hymnus (de quo supra), an welchem man zugleich die Absicht des Verfassers, den Endreim *(a. b. b. a.)* zur Anwendung zu bringen, bemerken kann".

nare facere Iulius CANDEL[17]) et Carolus POLHEIM[18]) probaverunt. De SEDULIANO extremarum syllabarum concentu subtilius disserebant Iohannes HUEMER[19]), in sua de poeta nostro commentatione potissimum[20]), Gastonus BOISSIER[21]), Iohannes KAYSER[22]), W. S. TEUFFEL[23]), Carolus STRECKER[24]), Georgius SIGERSON[25]). Sunt alii quoque philologi in his G. BERNHARDY[26]), Adolphus EBERT[27]),

---

[17]) *De clausulis a SEDULIO in eis libris qui inscribuntur Paschale Opus adhibitis,* Tolosae 1904, p. 143: „Idem clausularum pondus efficit ut in SEDULIANA prosa tanquam in Carmine esse possunt eae sonorum geminationes quas nunc homoeoteleuta sive rimos vocamus:... Incredibile est quam crebri sint apud SEDULIUM eiusmodi rimi".

[18]) p. 278: „SEDULIUS reimt in der Prosa wie in der Poesie".

[19]) *Untersuchungen über den iambischen Dimeter* p. 30 sq.

[20]) *De SEDULII poetae vita et scriptis commentatio,* Vindobonae 1878, p. 117 sq.

[21]) *SEDULIUS,* v. *Journal des Savants,* Paris 1881, p. 564.

[22]) *Beiträge zur Geschichte und Erklärung der ältesten Kirchenhymnen,* Paderborn 1881, p. 344.

[23]) *Geschichte der römischen Literatur* neu bearbeitet von Wilhelm KROLL und Franz SKUTSCH vol. III, Leipzig-Berlin 1913, p. 462.

[24]) *Studien zu Karolingischen Dichtern. V. Leoninische Hexameter und Pentameter im 9. Jh.,* v. *Neues Archiv d. Ges. für ältere deutsche Geschichtskunde* vol XLIV, Berlin 1922, p. 216 sq.

[25]) p. 210 sq.

[26]) *Grundriss der römischen Litteratur,* Braunschweig 1857, p. 316: „Das gereimte Kirchenlied wird seit SEDULIUS gewöhnlich".

[27]) *Geschichte der christlich-lateinischen Literatur,* vide *Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters im Abendlande* vol. I, Leipzig 1874, p. 364: „Höchst beachtenswert aber ist ferner, dass zugleich in diesem Hymnus *(A solis ortus cardine)* der Reim bereits in einer so ausgedehnten Weise Anwendung findet, dass er geradezu als ein Kunstmittel zu betrachten ist, das offenbar sich hier Hand in Hand mit der zuletzt erwähnten volksmässigen Eigenthümlichkeit der Herrschaft des grammatischen Accentes einstellt. Von einem zufälligen sporadischen Eintreten des Reimes kann hier ebenso wenig mehr die Rede sein, als von einer Anwendung im Geiste der antiken Kunstpoesie: er erscheint vielmehr hier als ein musikalisches Element, das dem Rythmus eine Zierde verleiht und die Hebung der Schlusssilbe des Verses verstärkend das Metrum trägt und markirt, so also einen Ersatz für das seltenere Eintreten des Widerstreits von Vers- und Wortaccent bieten kann. So zeigt sich hier schon der Verlauf der späteren metrischen Entwickelung angedeutet, welche diese Dichtungsart, die von der Basis der antiken quantitativen Kunstpoesie ausgeht, unter dem Einfluss des in der Volkssprache über die Quantität zum vollkommenen Siege gelangten Accentes und der vom Metrum mehr und mehr sich emancipirenden musikalischen Composition nehmen sollte".

Anselmus SALZER[28]), M. MANITIUS[29]), Eduardus NORDEN[30]), Martinus SCHANZ[31]), Alphredus GUDEMAN[32]), F. E. RABY[33]), qui SEDULIUM extremas verborum syllabas inter se consonantes in carminibus iambicis et dactylicis non solum frequentissime, sed etiam scienter adhibuisse easque tamquam novam et magni quidem momenti artem in poesim christianam induxisse affirmant. Nihilosecius commentatio de syllabis ver-

---

28) *Über die Entwicklung der christlich-römischen Hymnenpoesie,* vide *Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner-Orden vol.* III pars II, Würzburg-Wien 1882, p. 311: „Vom fünften Jahrh. angefangen erscheint kein Hymnus ohne den Reim; SEDULIUS und VENANTIUS reimen durchaus".

29) *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* Stuttgart 1891, p. 311: „Zweitens ist der Reim hier schon sehr stark ausgebildet; er fehlt nur in einer einzigen Strophe (Vers 81 ff.), sonst ist er meistens ganz durchgeführt oder die Verse sind doch in der Mebrzahl gereimt. So tritt uns hier der Reim wie in den Hexametern des SEDULIUS durchaus als beabsichtigt entgegen, er ist ein integrierender Bestandteil der Strophe".

30) *Die antike Kunstprosa,* p. 865: „Dieser (scilicet der eigentliche Reim) beginnt erst mit SEDULIUS, denn ich stimme darin durchaus mit DREVES *(Aurelius AMBROSIUS, „der Vater des Kirchengesanges",* Freiburg 1893, p. 49) überein, dass für AMBROSIUS der Reim als bewusst angewendetes Kunstmittel noch nicht existiert, sondern dass er an den paar Stellen, wo die Verse gleich auslauten, eine blosse Folge der flexivischen Endungen ist...; dasselbe gilt für PRUDENTIUS".

31) *Geschichte der römischen Litteratur,* vide *Handbuch d. klass. Altertums-Wissenschaft* vol. VIII, München 1920, p. 372: „Auch ist der Reim oft und mit Bewusstsein verwendet".

32) *Geschichte der altchristlichen-lateinichen Literatur,* Berlin-Leipzig 1925, p. 110: „Der Hymnus *(A solis ortus cardine)* unterscheidet sich formell von dem ambrosianischen insbesondere darin, dass er fast durchgängig den Reim anwendet, und zwar scheint SEDULIUS der erste gewesen zu sein, der mit Bewusstsein dieses Klangmittel als Kunstgriff in die metrische Technik eingeführt hat, denn die zahlreichen gereimten Verse, die sich auch bei anderen Dichtern dieser Epoche finden, verschwinden unter der Masse und waren daher schwerlich beabsichtigt, um besondere Wirkungen zu erzielen. SEDULIUS ahnte freilich nicht, von welch ungeheurer Tragweite diese unscheinbare Neuerung dereinst werden sollte".

33) *A History of christian-latin Poetry,* Oxford 1927, p. 109: „Rime also appears in every stanza but one, an indication of the transition to the characteristic medieval hymn".

borum extremis, quibus SEDULIUS carmina sua exornare consuevit, inter se consonantibus, qua huic quaestioni abunde satisfactum esset, adhuc desideratur, quapropter commemoratus iam POLHEIM diligentiorem rei inquisitionem valde exoptat[34]), quod eius dictum ad haec studia urgenda nos commovit, quorum summam in hoc libello proferendam curamus.

---

[34]) *Die lateinische Reimprosa* p. 286: „Wie für VENANTIUS FORTUNATUS wäre eine Untersuchung des Versreims für APOLLINARIS SIDONIUS und besonders für SEDULIUS zu wünschen; beide verwenden den Reim in ausgiebigem Masse“.

II. DE SEDULII HYMNO IAMBICO QUI EST DE VITA CHRISTI

SEDULIUM varii generis carmina panxisse inter omnes constat. Grande suum poema, cui titulus *Carmen Paschale* est[1]), versu hexametro dactylico composuit, exceptis primis sedecim versibus Praefationis in distichorum numeros redactis[2]), pari modo ac Hymnus I sive Elegia, cui index *de Vita Christi* est[3]). Hymnum II, qui etiam *de Vita Christi* inscribitur[4]), SEDULIUS dimetro iambico acatalectico contexuit, quod metrum ab AMBROSIO, episcopo Mediolanensi († 397), in hymnographiam christianam introductum esse notum est[5]). Respectu varietatis formae poeticae, qua singula SEDULII carmina condita sunt, unumquodque eorum seorsum tractabimus a Hymno II incipiendo, quippe qui metro suo simplici iambico scrupulos superandos ad cetera multos non afferat.

Hymno iambico, cui titulus *de Vita Christi,* a verbis: *A solis ortus cardine* initium ducente[6]) eiusque extremis verborum syllabis inter se concentum servantibus complures iam philologi plus minusve occupabantur, in his GRIMM[7]), EBERT[8]), LEIMBACH[9]), KAYSER[10]), MANITIUS[11]),

---

1) *SEDULIUS opera omnia* ed. HUEMER, p. 14 — 146.

2) Ibd. p. 14 — 15.

3) Ibd. p. 155 — 162.

4) Ibd. p. 163 — 168.

5) Guido Maria DREVES, *Aurelius AMBROSIUS* p. 43.

6) De eiusdem hymni stropharum compositione per ordinem litterarum facta scripserunt: HUEMER, *Untersuchungen über den iambischen Dimeter* p. 44. — KOFFMANE, *Geschichte des Kirchenlateins* p. 161. — LEIMBACH, *Caelius SEDULIUS* p. 42. — MANITIUS, *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie,* p. 311. — MUELLER, *De re metrica,* p. 578.— Peter WAGNER, *Einführung in die gregorianischen Melodien* vol. I, Leipzig 1911, p. 171. — TEUFFEL, *Geschichte der römischen Literatur* p. 462.

7) *Zur Geschichte des Reims* p. 300.

8) *Geschichte der christlich-lateinischen Literatur,* p. 364.

9) *Caelius SEDULIUS,* p. 42.

10) *Beiträge zur Geschichte und Erklärung der ältesten Kirchenhymnen* p. 347.

11) *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 311.

BAUMGARTNER[12]), Guilelmus BRANDES[13]), TEUFFEL[14]), SCHANZ[15]), RABY[16]), Gerhardus RAUSCHEN[17]), HUEMER potissimum[18]), quorum omnium in unum congruunt sententiae: SEDULIUM in hoc suo hymno scienter et prudenter facere, ut versus cum antecedentibus extremis syllabis consonent[19]). Qua de re pauca repetenda curamus, non ideo solum, quia expositio huius hymni quodam modo requiritur ad universum commentationis de SEDULIANORUM carminum versibus similiter desinentibus, sed etiam ea de causa, quia in hoc hymno clarissime elucet, qualesnam extremas verborum syllabas consonas et quanam ratione easdem SEDULIUS adhibuerit, quae cognitio nos in viam rectam ad utiliorem rei investigationem continuandam inducet.

Syllabarum extremarum similiter sonantium in hymno SEDULIANO iambico varia genera haud difficile distinguuntur. Et primum quidem genus syllabarum extremarum assonantium secundum ea, quae antea de consonantibus extremis verborum evanescentibus diximus[20]), versu 14 *petr***is** — 15 *De***i**; 33 *uener***ant** — 34 *praeui***am**[21]); 37 *person***at** — 40 *uictim***am**; 51 *funder***e** — 52 *origin***em**; 58 *dexter***a** — 60 *semit***am**; 63 *uincul***is** — 64 *sib***i**; 65 *torrid***i** — 66 *obstru***it**; — 71 *gressib***us** — 72 *lectul***um**; 73 *carnif***ex** — 74 *trader***e**; 81 *sabbat***um** — 83 *gel***us**; summa earum 10. Deinde, concentus unius syllabae extremae: v. 6 *indu***it** — 8 *condid***it**; 9 *uiscer***a** — 10 *grati***a**; 11 *baiul***at** — 12 *nouer***at**; 25 *caelesti***um**—26 *De***um**; 35 *lumin***e**—36 *muner***e**; 38 *pignor***a**—39 *mili***a**; 45 *fid***em**—46 *patr***em**; 47 *corpor***a**—48 *cadauer***a**; 53 *seruul***o**—54 *centuri***o**; 57 *ambul***at**— 59 *negauer***at**; 61 *fetid***us**—62 *Lazar***us**; 69 *corpor***e**—70 *surger***e**; 74 *trader***e**—76 *pector***e**; 86 *subdit***um**—87 *tartar***um**; 90 *pessim***i**—91 *De***i**; summa earum 15.

---

12) *Die lateinische und griechische Literatur* p. 196.

13) *Die Epistel des AUSPICIUS und die Anfänge der lateinischen Rhythmik*, vide *Rheinisches Museum für Philologie* LXIV 1909 p. 75.

14) *Geschichte der römischen Literatur* p. 462.

15) *Geschichte der römischen Litteratur* p. 372.

16) *History of christian-latin Poetry* p. 109.

17) *Zarys Patrologji*, ed. Józef NOWACKI, Poznań 1929, p. 267.

18) *Untersuchungen über den iambischen Dimeter* p. 30 sq.

19) EBERT, *Geschichte der christlich-lateinischen Literatur*, ut supra, p. 14 annot. 27.

20) Cf. p. 7 et sequentem nostrae commentationis.

21) In verbis allatis HUEMERI scribendi rationem sequimur.

Mox duas extremas verborum syllabas assonantes: v. 5 *saeculi* — 6 *induit*; 17 *puerpera* — 18 *praedixerat*; 29 *impie* —30 *times;* 41 *gurgitis* — 42 *attigit;* 55 *plurimus* — 56 *febrium;* 85 *dulcibus* — 86 *subditum;* summa earum 6. Tum syllabas verborum extremas una cum assonantibus syllabis paenultimis: v. 15 *uirum* — 16 *filium*: 21 *pertulit* — 22 *abhorruit;* 67 *supplicis* — 68 *sanguinis;* 77 *fallacibus* — 78 *impius*; 85 *dulcibus* —88 *uenditus*; 89 *inuidi*—90 *pessimi*; summa earum 6. Praeterea duas, quae trinae syllabae assonantes existimari possunt: v. 27 *pastoribus*—28 *omnium*; 90 *pessimi*—92 *reddidit.* Post bis inveniuntur extremae verborum syllabae inter se consonantes una cum binis antecedentibus assonantibus: v. 2 *limitem*—3 *principem*; 21 *pertulit*—24 *esurit.* Denique, binae syllabae verborum extremae vere atque proprie inter se consonantes: v. 1 *cardine*—4 *uirgine*; 18 *praedixerat* — 20 *senserat*; 25 *caelestium* — 28 *omnium*; 31 *mortalia* — 32 *caelestia;* 43 **tulit** — 44 *sustulit;* 49 *potentiae*—50 *hydriae*; 77 *fallacibus*—80 *latronibus;* quarum summa 7. Accendunt syllabae, in quibus secundum depravatam illorum temporum loquendi consuetudinem vocalis *i* cum vocali *e* confundebatur: v. 23 *pastus est*—24 *esurit*; 82 *compares* —84 *legi* Versus extremis syllabis cum aliis omnino non consonantes continentur: v. 7 *liberans;* 19 *gestiens* — 75 *osculo;* 79 *innocens.* Sequitur pro numero 92 versuum totius hymni 88 syllabis verborum extremis inter se consonantibus vel assonantibus iunctos esse et quattuor tantum versus iisdem carere [22]).

Respiciendus quoque est modus, quo syllabae verborum extremae consonae vel assonantes per strophas hymni disponuntur [23]). Quaternae syllabae extremae similes reperiuntur, et hoc quidem modo in stropha:

A solis ortus card*ine*
Adusque terrae lim*item*
Christum canamus princ*ipem*,
Natum Maria uirg*ine*.

Similis est stropha Y. Alio modo stropha:

Clausae parentis uiscer*a*
Caelestis intrat grati*a*,

---

[22]) Emendandum igitur est, quod scripsit SCHANZ, *Geschichte der römischen Literatur* vol. IV p. 372: „Von 92 Versen sind nur 3 (Vs. 7, 23, 79) nicht durch Reim (61) oder Assonanz (28) gebunden".

[23]) HUEMER, *Untersuchungen über den iambischen Dimeter,* p. 36.

Venter puellae baiul*at*
Secreta quae non nouer*at*.

Similis est stropha M. Ternae syllabae verborum extremae inter se consonantes cum singulis assonantibus continentur stropha:

Faeno iacere pertul*it*,
Praesepe non abhorru*it*,
Paruoque lacte pastus *e*st,
Per quem nec ales esur*it*.

Similis est ordo strophae G. Alius strophae:

Nouum genus potent*iae*:
Aquae rubescunt hydr*iae*,
Vinumque iussa fund*ere*
Mutauit unda origin*em*.

Idem strophae Z. Alius vicissim strophae:

Lauacra puri gurgit*is*
Caelestis agnus attig*it*,
Peccata qui mundi *tulit*
Nos abluendo sus*tulit*.

Binae syllabae versuum extremae consonae cum binis assonantibus habentur stropha:

Orat salutem seruul*o*
Nixus genu centuri*o*,
Credentis ardor plurim*us*
Extinxit ignes febri*um*.

Eodem modo strophis Q et S. Quae eadem etiam contra valent stropha:

Domus pudici pector*is*
Templum repente fit De*i*,
Intacta nesciens uir*um*
Verbo creauit fili*um*.

Sic etiam strophis H, I, R. Vel alio quoque ordine stropha:

Katerua matrum person*a*t,
Conlisa deflens pignor*a*,
Quorum tyrannus mili*a*
Christo sacrauit uictim*a*m.

Vel denique hoc modo:

Petrus per undas ambul*at*
Christi leuatus dexter*a*:

Natura quam negauer*at*
Fides parauit semit*am*.

Tres syllabae versuum concinentes cum una syllaba concentu carente occurrunt nobis stropha:

Verax datur fallac*ibus*,
Pium flagellat imp*ius*,
Crucique fixus innocens
Coniunctus est latron*ibus*.

Postremo binae syllabae extremae versuum inter se consonantes cum singulis assonantibus et singulis omni concordia caretibus continentur stropha:

Beatus auctor saecul*i*
Seruile corpus indu*it*,
Vt carne carnem liberans
Non perderet quod condid*it*.

Similes sunt strophe E et T. Omnes syllabas assonantes legimus stropha:

Xeromyrrham post sabbat*um*
Quaedam uehebant compar*es*,
Quas adlocutus angel*us*
Viuum sepulchro non teg*i*.

Quae cum ita sint, omnes strophae extremis versuum syllabis inter se consonantibus vel assonantibus exornantur, nullo tamen aequali ordine servato.

Quae extremae verborum syllabae similes omnes in versuum exitu inveniuntur, praeter quas syllabae quaedam verborum extremae consonae intra versus occurrentes multo tenuiores sonu, quippe quae non sint in caesuris positae, quae in nostro hymno raro locum habet [24]), tam clare non audiuntur quam versuum syllabae extremae inter se consonantes et ob eam causam, contra SINGERSONI opinionem [25]), negliguntur. Quod ut probetur, sequentes versus legendos ponimus:

2. Adusqu*e* terr*ae* limitem
3. Chris*tum* canamus principem
Na*tum* Maria uirgine
17. Enix*a* est puerper*a*
23. Paruoqu*e* lact*e* pastus est

---

[24]) BRANDES, *Die Epistel des AUSPICIUS* p. 62.
[25]) *The Eastern Song* p. 222.

28. Pas*tor* crea*tor*que omnium[26])
32. Qui regn*a* dat caelesti*a*
34. Stell*am* sequentes praeui*am*
38. Conlis*a* deflens pignor*a*
47. Infirm*a* sanans corpor*a*
50. Aqu*ae* rubescunt hydri*ae*
63. Mort*is*que liber uincul*is*
70. Iussus repent*e* surger*e*
75. Pacem fer*ebat* osculo,
    Quem non hab*ebat* pectore
80. Coniunct*us* est latronib*us*
83. Quas adlocut*us* angel*us*

Quibus omnibus perspectis SEDULIUM in hymno suo iambico, qui a verbis *A solis ortus cardine* ducitur, extremas versuum syllabas inter se consonare scienter et lubenter facere conicimus, quia aperte operam dat, ut omnes fere versus in exitu syllabis similibus exornentur, semperque extremas versuum syllabas similiter desinere facit, quamquam sine certo ordine, omniaque syllabarum extremarum consonarum genera complectitur ab una syllaba cum altera assonante usque ad verum atque proprium binarum syllabarum extremarum concentum.

---

[26]) De particula *que* similem extremarum syllabarum sonum non omnino tollente, sed attenuante duntaxat cf. infra p. 25.

III. DE SEDULII POEMATE DACTYLICO QUOD „CARMEN PASCHALE" INSCRIBITUR

Inter omnia SEDULII opera poema eius dactylicum excellit, cui titulus *Carmen Paschale* est[1]), in quo poeta noster eximios epicos ad imitandum sibi proponens versu heroo *clara salutiferi*, ut dixit[2]), *miracula Christi* celebravit[3]). Quo in poemate simili ratione ac in supra laudato hymno iambico, „de Vita Christi" inscripto, plurimas verborum syllabas extremas concentum servantes reperiri philologi iam diu sibi conscii erant. Praeter BEDAM VENERABILEM, saeculi VIII scriptorem[4]), nostrae aetatis philologi, in his EBERT[5]), MANITIUS[6]), SPIEGEL[7]), CANDEL[8]), STRECKER[9]), satis saepe paucis illud significabant. Uberius atque fusius syllabis extremis consonis, idem eximium poema SEDULIANUM ornantibus, tractandis HUEMER[10]) et SIGERSON[11]) operam dederunt, quorum tamen doctae commentationes nobis quidem quaestionem verbis consequi non videntur.

Quod supra diximus, syllabas scilicet extremas verborum similes ibi clarius resonare, ubi vox humana intersistit, in cae-

---

1) *SEDULII opera omnia* ed. HUEMER p. 14—154.

2) *Carmen Paschale* v. 26.

3) Cf. de hoc poemate commentations peculiares, quas scripserunt: LEIMBACH, *Caelius SEDULIUS und sein Carmen Paschale.* — BOISSIER, *SEDULIUS.* — Idem, *Le Carmen Paschale et l'Opus Paschale de SEDULIUS*, vide *Revue de Philologie* vol. IV, Paris 1882, p. 28—36. — Theodor MAYER, *Studien zu dem Paschale Carmen des christlichen Dichters SEDULIUS,* München 1916. — SIGERSON, *The Eastern Song.*

4) *De arte metrica* ed. KEIL, *Grammatici Latini* p. 244. — Cf. Du MÉRIL, *Poésies populaires* p. 80 annot. 1.

5) *Geschichte der christlich-lateinischen Literatur,* p. 362.

6) *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 310.

7) *Untersuchungen über die ältere christliche Hymnenpoesie,* p. 32 annot. 2.

8) *De clausulis a SEDULIO ... adhibitis* p. 145.

9) *Studien zu Karolingischen Dichtern* p. 216.

10) *De SEDULII poetae vita et scriptis* p. 117 sq.

11) *The Eastern Song* p. 217 sq.

suris et in exitu versuum potissimum[12]), in memoriam revocando perscrutabimur, quo modo res se habet in carmine SEDULIANO. Quocirca ex poemate hoc eas syllabas verborum extremas consonas seligimus, quae nec caesurae nec versus exitui inhaerent, quasque ideo syllabas extremas verborum inter se consonantes **s o l u t a s** appellabimus. Syllabas extremas verborum similes iusto frequentiores et propius positas audientes non delectare MUELLER iam docuit[13]), e contrario syllabas easdem nimio longius distantes, ut exemplo utamur, in primis et in extremis versus hexametri verbis, tenuiter sonant[14]), itaque ad apte sonandum requiritur commodum syllabarum similium intervallum.

Syllabae consonae solutae in SEDULIANO carmine inveniuntur illae, de quibus nunc agitur. Et commodum quidem intervallum habetur, quando extrema syllaba primi versus hexametri verbi cum extrema syllaba cuiusdam verbi posterioris hemistichii consonat, velut:

I 135 Sorbu*it* et proprii red*it* in uirgulta rigoris
IV 42 Tali*a* Dauiticam post fact*a* reliquerat urbem.

Simili modo, si extremae verborum syllabae inter se consonantes in utroque hemistichio inveniuntur, velut:

I 285 Emicat aul*a* tholis, ubi dantur dign*a* petenti
356 Marcus ut al*ta* fremit uox per deser*ta* leonis
II 29 Nil quod laed*at* habens matremque obscur*at* honore
155 Sic delict*a* fugans Saluator nostr*a* gerendo
229 Namque stult*a* potens elegit et infim*a* mundi
III 205 Totum erect*a* uidens: qui*a* quos malus opprimit hostis
308 Cui possess*a* diu est alieni fabric*a* iuris
IV 79 En pollut*a* diu, modicum purgat*a* recessit
109 Hinc maior*a* docens populos caelesti*a* uerum
225 Vt biberet qu*a* corpus erat. tunc accol*a* gentis

[12]) Cf. p. 9 nostrae commentationis.

[13]) *De re metrica* p. 568: „Tamen inutilest plerumque, cum minimum fiat vocis intervallum post partes orationis, quibus non efficitur finis ordinis metrici, et aliquando ob deformitatem sonorum nimis saepe aequalium vitiosum".

[14]) Ibd. p. 569: „Minus longe placent (homoeoteleuta) primo et utimo loco eiusdem carminis aut initiis collocata diversorum". — WÓYCICKI, *Forma dźwiękowa* p. 130: „Działanie rymów ulega także zmianom zależnie od długości szeregów rytmicznych. Rymy, następujące bezpośrednio po sobie, kończące wiersze dłuższe, mniej się uwypuklają, niż w końcu wierszy krótkich".

V 177 Nec s*ine* diuino constat moderam*ine* gestum
264 Idem uiu*us* erat membris obeuntib*us* in se.

Et quia elisio extremarum syllabarum similem sonum duntaxat attenuat omnino eum non tollendo[15]), hic addere licet versum quoque sequentem:

IV 288 Cernitur ant*e* oculos uiuens adstar*e* cadauer.

Quibus etiam illi versus annumerentur, quorum prima verba tam longa sunt, ut extremae eorum syllabae post secundam thesim et syllabae iisdem similes iuxta exitum versus cadant:

I 223 Fecundau*it* anum, sacram praecep*it* ad aram
II 282 Delicios*a* sequens luxus et gaudi*a* blandae
283 Perditio*nis* amat, Deus hunc, uirtut*is* amator.

Non placent syllabae extremae similes duae vel plures in uno hemistichio concurrentes, ex. gr. quando in priore hemistichio extrema syllaba verbi primi cum eadem syllaba alterius verbi consonat:

I 274 Numin*a* sicc*a* rigant uerique hac arte uidentur
III 318 Iuss*a* tribut*a* ferens, grauiorque onerante metallo
IV 119 Line*a* claustr*a* iacit tantumque inmanis apertos;

vel verba eodem modo extremis syllabis inter se consonantia in posteriore hemistichio cumulantur:

I 300 Arrius infelix, qui caru*a* per aui*a* rectum
II 132 Praesens Christus erat, qui sanct*a* pericul*a* semper
III 107 Conruit ante pedes, uix uerb*a* precanti*a* fari
IV 149 Septem ingens gyros, sept*ena* uolumi*na* messem
V 43 Tantundem sceleris ter den*a* nomismat*a* sumens.

Compluries syllabae extremae cum alia consonanti particula coniunctiva *que* adicitur, quae similem sonum deprimit quidem, eum tamen plane non tollit[16]), velut:

I 190 Vsus iure suo, patefact*a*que limin*a* claudens
210 Pronus ab amne bibit, septen*a*que tempor*a* lustrat
III 92 Mortis imago fuit, resolut*a*que membr*a* iacebant.

---

[15]) *De re metrica* p. 572: „Attenuatur autem aliquantum, non omnino, homoeoteleuton, si secunda syllaba prioris partis elidendo imminuitur, quod quidem minime caret exemplis".

[16]) WÖLFFLIN, *Der Reim im Lateinischen* p. 353: „Anknüpfung mit *que* schwächt in der Regel den Reim, insofern dadurch der Accent des zweiten Wortes verschoben wird, während doppeltes *que* in beiden Gliedern denselben hebt oder jedenfalls nicht beeinträchtigt".

Quibus nonnumquam tertia syllaba verborum extrema similis accedit, ex. gr. quando extrema syllaba verbi primi cum iisdem syllabis singulorum prioris et posterioris hemistichii consonat:

V 71 Ens*e* Petri, n*e* qua pius a pietat*e* uacaret;

quod minus apte fit duabus syllabis verborum extremis in posteriore hemistichio concurrentibus, velut:

I 194 N*e* moreretur habens, tutusqu*e* in ventr*e* ferino.

Non desunt versus hexametri, quorum una syllaba verbi extrema prioris hemistichii cum duabus syllabis verborum posterioris hemistichii concordans reperitur, velut versus in liturgia catholica pervulgatus[17]) probat:

II 63 Salue, sanct*a* parens, enix*a* puerper*a* regem;

item cum elisione:

III 139 Spiritus ign*e* fouet, uerboqu*e* inmobil*e* corpus
V 41 Pactus grand*e* nefas quauis merced*e*: nequ*e* illi;

e contra duae syllabae prioris hemistichii cum una posterioris hemistichii consonantes:

II 97 Cur tri*a* don*a* tamen? quoniam maxim*a* uitae est
III 24 Oppid*a*, rur*a*, casas, uicos, castell*a* peragrans
V 57 A faci*e* terra*e* rapidisqu*e* uolatibus actus.

Iusto maius intervallum videtur, quum extrema syllaba verbi primi cum eadem syllaba verbi sub exitum cadentis concentum servat, velut:

I 187 Vn*a* per accentum mutetur litter*a*, sol est
271 Ardu*a* pendentis sustentent culmin*a* tecti
II 137 Cord*e* uidebatur senior legisqu*e* magistros
139 Nec m*ora* quas etenim uolitans per temp*ora* mundus
269 Debi*ta* laxari qui nobis cunc*ta* rogamus
III 135 Poni*te* sollicita conceptos men*te* dolores
V 79 Namqu*e* Petro clara iamdudum uoc*e* fatenti
287 Cuspid*e* perfossum uiolat latus, equ*e* patenti
319 Septim*a* nam Genesis cum dicit sabbat*a*, claret.

---

[17]) Carl WEYMAN, *Vermischte Bemerkungen zu lateinischen Dichtungen des christlichen Altertums und des Mittelalters* VI. *Der Preis der Gottesmutter bei SEDULIUS,* vide *Münchener Museum für Philologie* vol. III München 1917, p. 183. — Idem, *Beiträge zur Geschichte der christlich-lateinischen Poesie,* München 1926, p. 121.

Clarius fortasse syllabae verborum extremae similes a repetitione eiusdem verbi ductae audiuntur, velut:

I 309 *Filius* ante fuit, mox et qui *filius* est nunc
349 *Grandia* posco quidem, sed tu dare *grandia* nosti
II 262 *Altera* pars etenim caeli sumus, *altera* terrae;

at obtusius in elisione:

I 75 Vn*a* iterum de stirpe creas, ut mystic*a* uirtus
III 89 Ecc*e* aderant uiuum portantes iamqu*e* cadauer.

Maior in SEDULIANO poemate est numerus syllabarum extremarum inter se consonantium, quarum altera tantum soluta haberi potest, altera autem caesurae adhaeret, quas idcirco mixtas vocamus. Quia vero syllabae similes in caesura positae, ut supra iam diximus [18]), clarius sonant solutis, voce humana hoc loco intersistente, syllabae quoque extremae inter se consonantes mixtae solutas claritate soni superant. Quanta fuerit vis caesurae in carminibus veterum poetarum Latinorum, iam nobis dicere non est necesse. Quum vero SEDULIUS leges artis poeticae ab optimis carminum scriptoribus, qui versus hexametros caesura omnino carentes declinabant [19]), usitatos sat diligenter observaret, eiusmodi versus hexametri in poemate eius perraro inveniuntur, ut alii iam probaverunt [20]).

Caesura post tertiam thesim cadens, quae a Graecis πενθημιμερής, a Latinis vero semiquinaria vocabatur, elegantissima omnium putabatur, quia versum hexametrum in duo propemodum aequalia hemistichia dividit [21]). Quae caesura in SEDU-

---

[18]) Cf. p. 9 nostrae commentationis.

[19]) GLEDITSCH, *Metrik der Griechen und Römer* p. 838. — Cf. Michał ROWIŃSKI, *Uwagi o wersyfikacyi polskiej jako przyczynek do metryki porównawczej*, Warszawa 1891, p. 67.

[20]) HUEMER, *De SEDULII vita et scriptis* p. 116. — MUELLER, *De re metrica* p. 219.

[21]) Wilhelm CHRIST, *Metrik der Griechen und Römer,* Leipzig 1879, p. 173: „Ihre Vorzüge bestehen darin, dass sie erstens den Vers in zwei ziemlich gleiche Theile theilt, was noch mehr hervortritt, wenn man die durch sie hervorgerufenen Ictenverhältnisse beobachtet, und dass sie zweitens eine hübsche Abwechselung in den Vers bringt, indem sie das erste Glied mit der Hebung, das zweite mit dem Auftakt beginnt, das erste männlich, das zweite weiblich abschliesst. Wahrscheinlich haben diese sich jedermann von selbst aufdrängenden Erwägungen schon die ältesten Sänger dazu gebracht, diese Cäsur zur Haubtcäsur des Hexameters zu erheben". — MUELLER, *De re metrica,* p. 202.

LIANO carmine omnes alias numero longe superat eaque simul saepissime syllabis verborum extremis consonis ornatur[22]). Quae syllabae verborum extremae similes caesuram semiquinariam sive praecedere sive consequi sive eam includere possunt, quando versus tria verba syllabis extremis similibus ornata habet. Primum verbum versus cum caesura semiquinaria consonat, ut sequitur:

II 226 Glori*a* nec uan*a* de nobilitate superbus
281 Deser*it*, ire sin*it*. nam quisquis retia mundi
III 33 Fort*e* Petri ualid*ae* torrebat lampadis aestu
121 Diu*es* adesse fid*es*, mediis inmersa cateruis
152 H*is* ita dimiss*is* alius producitur aeger
IV 49 Null*us*, ait, fruct*us* reliquum generetur in aeuum
200 Ess*e* nihil ses*e* pariter speculatur et omnes
V 392 Gnar*us* item Domin*us* Petro piscante per aequor:

item alterutra syllaba consona particula *que* depressa; quam in plurimorum poetarum Latinorum carminibus caesurae non obstare MEYER probavit[23]):

IV 112 Stagn*a* petit paru*a*que sedens in Simonis alno.

Extremae syllabae verborum in priore hemistichio positorum cum caesura semiquinaria concentum servant:

I 280 Iam sat*is* human*is* erroribus addita monstra
IV 175 Hic hom*o* perspicu*o* distentus uentre tumebat;

item cum elisione prioris syllabae extremae similis:

I 70 Qui pereunt*em* homin*em* uetiti dulcedine pomi.

Syllabae verborum extremae concentum servantes solutae caesuram semiquinariam saepius consequuntur, velut:

I 41 Sectantesque mag*is* uitam spirant*is* odorem
264 Arboreis ali*us* ponit radicib*us* aras
314 De solo sol*us*, cui nec min*us* est Patre quicquam

---

[22]) GLEDITSCH, *Metrik der Griechen und Römer*, p. 715.

[23]) *Zur Geschichte des griechischen und lateinischen Hexameters*, vide *Sitzungsberichte d. philos.-philol. und hist. Classe d. bayr. Akad. d. Wiss.* 1884, München 1885, p. 1045: „Allein, wie in seltenen Fällen diese Enklitika lang gebraucht wird, so bei einigen Dichtern auch als selbständiges Wort .... Diese Fälle beweisen, dass im Hexameter *que* auch als selbständiges Wort wie *et* behandelt werden konnte, was übrigens auch die spätere rythmische Dichtung lehrt". — De simili usu particulae *que* in COMMODIANI carminibus cf. Hermanni Bernardi VROOMI, *De COMMODIANI metro et syntaxi annotationes*, Traiecti ad Rhenum 1917, p. 10.

II 165 Et tu, Iordan*is*, retro quia subtrah*is* amnem?
III 1 Prima suae Domin*us* thalamis dignat*us* adesse
80 Effigiem redd*it* quam Christus cern*it* habere
103 Principis interea synagogae fili*a* clauso
158 Nec minus interea proprios iubet omni*a* posse
179 Vt dispen*sator* non ut merc*ator* haberi [24])
IV 97 Conspicit in terr*is*, uelamine carn*is* opertum
103 Sidereaeque man*us* ruptis penetralib*us* omnes
154 Aurea libra fu*it*, uelut agnos praecip*it* inter
156 Iura potest*atis* ‚nullum metu*atis* ut hostem
210 Cum residens caec*us* Timaei fili*us* illud
V 362 Luce palam Domin*us* pri*us* obtulit, ut bona mater.

Caesuram semiquinariam mediam inter duas similes syllabas extremas aliorum verborum continent versus:

I 211 Omn*ibus* hirsut*us* siluis et mont*ibus* errans
IV 44 Clarescent*e* di*e* properabat uiser*e* tecta.

Secundum post caesuram semiquinariam locum in veterum Latinorum poetarum carminibus caesura post quartam thesim tenet, quam Graeci ἑφθημιμερής, Latini semiseptenariam appellabant, cum qua caesura post secundam thesim posita coniungi solebat, quae apud Graecos τριθημιμερής, apud Latinos semiternaria dicebatur [25]). Attamen SEDULIUS caesuram semiseptenariam non semper cum semiternaria consonam facit, sed caesurae semiseptenariae syllabam extremam alius verbi similem solutam, saepius quidem eam praecedentem, rarius consequentem addit.

Extrema syllaba verbi versus primi cum caesura semiseptenaria consonat, ut sequitur:

I 342 Arm*a* quibus Domini tot*a* uirtute geruntur
II 148 Par*to* redduntur na*to*, mox praedicat: agnus
208 *O* quam caeca gerit nigr*o* sub pectore corda
III 316 Ham*um* ferre iubet gerol*um* didragmatis aurei
V 167 Mort*is* imago foret; spin*is* circumdedit amplum
220 Qu*em* Dominus ceu pastor ou*em* deserta per arua;

item cum elisione prioris syllabae extremae consonae:

IV 261 Pur*a* oculos fouisset aqu*a*. mox ergo gemellae;

item cum elisione utriusque syllabae extremae similis:

I 126 Dign*um* opus exercens uult*um* in sua terga referre,

---

[24]) Quem tamen versum HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 77, dubium esse censet.

[25]) MUELLER, *De re metrica* p. 203. — GLEDITSCH, *Metrik der Griechen und Römer* p. 716.

ad quem versum simul annotare iuvat caesuram secundum MEYERI sententiam in carminibus Latinorum poetarum elisione nequaquam ubique omnino tolli[26]. Item cum repetitione eiusdem verbi:

I 332 *Alter* amat fletus, *alter* crispare cachinnum.

Non primum, sed aliud verborum praecedens cum caesura semiseptenaria extremarum syllabarum concentum servat:

II 212 Curauit qu*i* membra pol*i* caelosque per omnes
260 Sed qui cunct*a* fouet plen*a* pietate redundans
IV 206 Quis, nis*i* Christus, adest? gemin*i* libaminis auctor
283 Ergo ub*i* clamantis Domin*i* sonuit tuba dicens
V 373 Corporeas r*ės* esse dap*es* seseque uideri.

Syllabae extremae verborum similes caesuram semiseptenariam consequentes continentur versibus:

I 29 Qui sensus et corda ded*it*, cui conuen*it* uni
82 Ad caulas me ruris ag*at*, qua seru*at* amoenum
283 Nitentes firmare grad*us*; properem*us* in urbem
345 Hic proprias sedes, hui*us* mihi moenib*us* urbis
III 279 Discipulis fulgore trib*us* uelut igne*us* ardor
V 361 Semper uirgo manet; hui*us* se uisib*us* adstans.

Item cum repetitione eiusdem verbi:

I 343 Et fixum est in fronte *decus*. *Decus* armaque porto.

Interdum caesura semiseptenaria cum alio verbo in consequente versu hexametro posito consonat, velut:

IV 245 Sciret inesse trabem. profug*us* sic ille recessit
Impet*us* et clemens donat sententia culpam.

Syllabae consonae ab utraque parte caesuram semiseptenariam includentes quidem particula *que* adiecta, apparent in versu:

V 403 Chris*tus* adest panis, sanc*tus*que Spiri*tus* ignis.

Caesura semiternaria initio versus proxime appropinquante, quippe quae post secundam thesim cadat, facile intelligitur syllabas verborum extremas cum ea consonantes perraro antecedere posse. Sunt igitur in SEDULIANO poemate duo tantum versus, quorum primum verbum cum caesura semiternaria consonat:

---

[26]) *Zur Geschichte des griech. und lat. Hexameters* p. 1046.

I 257 *Cum* gemin*um* sine sole diem nouus orbis haberet
IV 211 Prop*ter* i*ter*, Dominum per quod cognouerat ire.

Iam saepius syllabae verborum extremae cum caesura semiternaria consonantes solutae eamque consequentes inveniuntur, velut:

I 292 Rettulim*us*, sancti coniuncto Spirit*us* actu
295 Dicem*us*, sancti coniuncto Spirit*us* actu
II 288 Si cupi*mus* uitare malum, debe*mus* adire
III 72 Cum procul *e* tumulis gemino stridor*e* ruentes
IV 309 Cui sanc*tus* semper conregnat Spiri*tus* aeque [27])
V 34 Qui pan*is* tradendus erat: nam corpor*is* atque
329 Qui gemin*a* specie terrorem et gaudi*a* portans.

Item particula *que* caesurae semiternariae adiecta:

IV 220 Obnix*e*que diu confidenterqu*e* neganti.

Caesura versum hexametrum in duo aequalia ex toto hemistichia dividens semper post tertium trochaeum cadit, ideoque a Graecis κατὰ τρίτον τροχαῖον vocabatur. Quae caesura Latinis carminum scriptoribus minime placebat, quapropter apud eos raro caesuram maiorem gerebat [28]). De SEDULIO idem statuentes nihilo minus in poemate eius versus quosdam legimus, quorum caesura post tertiam arsin cadens, licet non sit incisio versus maior, cum extremis aliorum verborum syllabis concordat, ex gr. cum extrema syllaba primi verbi versus:

II 250 Mort*e* uacans et fin*e* carens, cui nulla per aeuum
265 *A* Christo ieiun*a* suo qui corpore et ore
III 99 Inqu*e* tuam disced*e* domum. nil iussa moratus
176 Quiqu*is* enim deitat*is* opus, quod non habet ex se [29])
IV 36 Qu*ae* sentit flagrar*e* fidem, mox lumina tangens;

quod idem fit repetitione eiusdem verbi:

V 14 *O* gens caeca oculis, *o* gens durissima corde;

[27]) Qui versus HUEMERO dubius esse videtur, cf. *SEDULII opera omnia* p. 112.

[28]) MUELLER, *De re metrica* p. 204: „Quo quis fuit praestantior poetarum, eo curatius abstinuerunt ab incisione ista, partim perexiguum, partim nullum ut habeat apud eos locum". — GLEDITSCH, *Metrik der Griechen und Römer* p. 837.

[29]) Versum hunc HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 77, dubium esse putat.

vel caesura post tertium trochaeum cum extremis syllabis aliorum prioris hemistichii verborum concentum servat, velut:

I 233 Adiecit tri*a* lustr*a* uiro, praedonis in ore
IV 199 Mirantur su*a* membr*a* uiri uariumque tuentes.

Aliquanto saepius similis syllaba extrema caesuram post tertiam arsin subsequitur, velut:

I 36 Haec firmos ad don*a* gradus paschali*a* ducit
50 Et steriles habita*re* plagas, ubi gigne*re* fructum
61 Qui caeli fabrica*tor* ades, qui condi*tor* orbis
93 Indicio est antiqu*a* fides et can*a* priorum
99 Nam centum licet or*a* mouens uox ferre*a* clamet
129 Materies aliment*a* dabat, nec torrid*a* uiuens
220 Dic ubi sunt, natur*a*, tuae post tali*a* leges
249 Adfirmant rerum ess*e* patrem, quia rit*e* videtur
266 Vt natos caram*que* domum dilecta*que* rura
347 Vt merear habitar*e* locis alboqu*e* beati
II 32 Vt quoniam natur*a* prior uitiat*a* iacebat
84 Et sensu iugular*e* cupis, legemqu*e* legendo
98 Hunc numerum confess*a* fides, et tempor*a* summus
144 Quem matris dum uentr*e* latet nondumqu*e* creatus
147 Post noni tacitur*na* diu spirami*na* mensis
171 Per uolucrem qu*ae* felle caret, Natoqu*e* uocato
234 Sic dicens: ora*te* patrem, baptisma*te* nostrum
296 Inque tuos, patriarch*a*, sinus: at laeu*a* malorum
III 21 Mora Dei, qui cunc*ta* prius quam na*ta* uidendo
43 Quem norat non ess*e* Dei; passimqu*e* cateruas
68 Obsequio feruer*e* fretum, rapidoqu*e* uolatu
76 Angebat quoque poen*a* duplex. heu dur*a* furoris
87 Intrauit natal*e* solum, quo corpor*e* nasci
88 Se uoluit patriamqu*e* sibi pater ips*e* dicauit
90 Bis bina ceruic*e* uiri lectoqu*e* cubantem
100 Cui fuerat concess*a* salus, uestigi*a* linquens
105 At genitor, cui fin*is* edax spem prol*is* adultae
153 Multiplici languor*e* miser, qui uoc*e* relictus
163 Daemonis aufer*te* locum, depelli*te* lepram
200 Non senio, tremebund*a*, gemens, incuru*a*, caducis
260 Nutribat geminand*a* fames si sauci*a* callem
306 Haerebat: Dominusqu*e* pio iam pector*e* uotis
325 Dimissa ceruic*e* feret, uelut ist*e* uidetur
IV 14 Et nulla sub leg*e* manet, cui conder*e* uelle est
60 Prodiderat. sed cunct*a* solens infirm*a* leuare
64 Post Dominus Pharisae*a* petens conuiui*a* cenae
75 Dixisset, quodcumqu*e* mali gessiss*e* uideris
80 Per gemitum propriiqu*e* lauans in gurgit*e* fletus
110 Se reserat sermon*e* Deum turbasqu*e* frequentes

IV 115 In pelagus iubet ir*e* ratem uastoqu*e* profundo
120 Impleuit captur*a* sinus, ut praed*a* redundans
139 Nec uita praesent*e* mori. mox agmin*e* uerso
177 Inclusam paritu*ra* necem; iam memb*ra* fluebant
213 Nec populo prohibent*e* tacens, acceder*e* iussus
299 Vt tanto sessor*e* decus mirabil*e* portans
V 16 Auctorem generass*e* suum, qui nomin*e* Patris
73 Conueniens human*a* fuit, qui mili*a* Patrem
96 Sarcrilegas mouiss*e* manus! non deniqu*e* passim
106 Infectum quod Christ*us* ait, se prors*us* adesse
109 Et sensus redier*e* Petri: memor ill*e* malorum
144 Nec mirum si iur*a* Dei gens perfid*a* uitet
159 Non solas lauiss*e* manus, sed corpor*e* toto
214 In Dominum scelerat*a* mouens conuici*a* dictis
241 Non absens mansur*a* diu, sed mystic*a* signans
263 Ipse iterum sumptur*us* eam, quia mortu*us* idem
298 Augebat sub cord*e* nefas, quod noct*e* silenti
305 Carnifices, imples*tis* opus nec credi*tis* illum
357 Discedat synagog*a* suo fuscat*a* colore
370 Discipulos manifest*us* adit uescentib*us* illis
384 Discipulo monstrar*e* latus tactuqu*e* probari
390 Vt lateat sub nub*e* doli, nebulaqu*e* recludens
393 Cum sociis captum ess*e* nihil dimitter*e* lina
419 Et mundum uacuat*e* malis: gentesqu*e* uocari
426 Et dextra sedet ips*e* Patris totumqu*e* gubernat.

Item eodem verbo repetito:

V 413 Parte bono *commendat* oues, *commendat* et agnos;

vel elisione in caesura post tertium trochaeum admissa:

I 245 Quis furor est? quae tant*a* animos dementi*a* ludit;

vel elisione alterius syllabae consonae facta:

IV 194 Praeceptor, miserer*e*, potes namqu*e* omnia, Iesu.

Non desunt caesurae post tertiam arsin aliis syllabis verborum extremis consonantibus inclusae, quando ex. gr. primum versus verborum cum aliis consonat:

I 330 Stult*a* iacent, qui*a* uan*a* Deo est sapienti*a* mundi
III 338 Paru*a* loquor si fact*a* Dei per singul*a* curram
V 410 Rit*e* toris, an cord*e* Petrus s*e* diligat alto.

Quod idem fit repetitione eiusdem verbi:

I 153 *Qua* nimium loc*a*, sicc*a*, diu *qua* terr*a* negatis
340 *Ianua* uos aetern*a* uocat, quae *ianua* Christus.

Item cum aliis syllabis verborum extremis inter se consonantibus utriusque hemistichii, deficiente tamen simili exitu verbi primi:

I 327 Inpugnant su*a* dict*a* uiri, qui brachi*a* nudis
II 2 Florigera d*e* sed*e* uirum blandiqu*e* saporis
23 Dissimilis d*e* mort*e* foret, uenial*e* misertus
66 Imperium *sine fine* manet; qua*e* uentr*e* beato
V 312 Et caeli d*e* nub*e* tonat. quid, saeu*e* tumultus.

Minor quoque caesura quartum pedem a quinto segregans habetur, quae a Graecis βουκολική dicitur et quae dactylum subsequi solet [30]. In SEDULIANO carmine pauci tantum versus reperiuntur, quorum caesura bucolica cum extrema alius verbi syllaba consonet, sic extrema syllaba verbi primi versus cum caesura bucolica concordat:

II 292 Vit*a* sepulturis, tantum bon*a* longius absunt [31]
III 251 Alt*a* dehinc subiens montis iug*a* plebe sequente
IV 116 Re*tia* dimitti piscan*tia,* quae nihil omnem
279 Maiestat*e* Deum. quid creder*e*, Martha, moraris?
V 39 Spirit*us* intrauit teterrim*us* armaque sumens
61 Tra*ditor* inmitis, fere pro*ditor,* impie latro [32]
259 *A* mensis proiecta iacent: it*a* tempore prisco
343 Cui*us* ad exuuias sedet angel*us*? anne beati
363 Grandi*a* diuulgans miracul*a*, quae fuit olim.

Item non dactylo, sed spondeo caesuram bucolicam antecedente:

II 264 N*e* mens nostra famem doctrin*ae* sentiat umquam
III 240 *Quam* pretiosa fuit quae num*quam* uendita uestis
IV 272 Lazar*us* occidua tumult*us* sorte iacebat
V 45 Quant*um* cuncta simul terrar*um* regna marisque
366 Agnit*us* enituit, quia uer*us* panis apertis.

Dactylus ante caesuram bucolicam positus cum extrema alius vel aliorum verborum in priore hemistichio occurrentium syllaba concentum servat, velut:

I 338 En regis pi*a* castr*a* micant, tub*a* clamat erilis
III 155 Daemone ple*nus* erat. hunc proti*nus* ordine sacro

---

[30]) GLEDITSCH, *Metrik der Griechen und Römer* p. 838: „Die bukolische Cäsur ist im allgemeinen nicht beliebt, auch bei den bukolischen Dichtern nicht oft zu finden".

[31]) WEYMAN, *Beiträge* p. 131 talem versus coniecturam proponit:
Vita sepultis, tantum bona longius absunt;
loco *vita* in duobus codicibus manu scriptis *vivi* legitur.

[32]) Idem, *Vermischte Bemerkungen,* p. 203.

IV 125 Tal*ibus* insignis uirtut*ibus* ibat in urbem
V 188 Neue qu*is* ignoret speciem cruc*is* esse colendam.

Item spondeo loco dactyli ante caesuram bucolicam posito:

II 127 Quis tib*i* tunc, lanio, cerner*iti* talia sensus?
194 Terra pedum loc*us* est, quem null*us* cernit et omnis
IV 203 Vix un*us* reduci conuers*us* tramite planta
V 145 Imperiumqu*e* neget, lucos qu*ae* semper amauit.

Verbum extrema syllaba cum caesura bucolica consonans eam consequitur:

I 197 Cum spirante Deo Babyloni*a* sacr*a* negarent
318 Permanet, et rerum caput est De*us* un*us* ubique
II 297 Exercet poenas et ad impi*a* tartar*a* mittit
III 169 Nemo meis ouibus quae sunt me*a* pascu*a* uendat
274 Matris ab occasu mortali*a* membr*a* gerentem
310 Tollitur accensam correptaqu*e* carper*e* membra
IV 77 Quod nocet abscondi, quoniam su*a* uulner*a* nutrit
190 Transgrediens sancto quoddam ped*e* tanger*e* castrum
V 124 Quae peperit fructum, ferali*a* germin*a* uertat.

Item particula *que* caesurae bucolicae adiecta:

III 242 Hinc Tyrias partes Sidoni*a*que aru*a* petentem.
V 184 Pax crucis ipse fuit, uiolent*a*que robor*a* membris.

Idem spondeo loco dactyli ante caesuram bucolicam posito:

I 23 Cur ego Dauiticis adsuet*us* cantib*us* odas
II 286 Corde petamus iter, tenuis qu*a* semit*a* monstrat
V 135 Ostendit populis, quanto d*e* culmin*e* lapsus
254 Cum peteret sitiens unus d*e* pleb*e* nefanda.

Duas syllabas verborum extremas similes et solutas quidem caesuram bucolicam ex utraque parte includentes habemus versibus sequentibus:

V 93 Postquam mull*a* dolis patuit u*ia*, brach*ia* tolli
353 Non tub*a*, non unctus, non iam tu*a* uictim*a* grata est.

Item alterutra syllaba extrema consona primo versus verbo adiuncta:

I 67 Sign*a*, potestates, cursus, loc*a*, tempor*a* nosti
II 222 Gaudi*a* sectantes tamquam uag*a* caerul*a* ponti
III 317 Incol*a* mox pelagi pedenti*a* fil*a* momordit
V 181 Tempo*re*, quam reduci contemn*ere* carn*e* pararet
336 V*era* refert gratis; postquam dat*a* mun*era*, fallit.

Potest etiam post quintam thesim caesura fieri, quam tamen optimi poetae Latini improbabant, quapropter in carminibus

eorum rarissime invenitur [33]), ita ut pauca tantum exempla ex SEDULIANO poemate nobis sint afferenda. Primum versus hexametri verbum cum caesura post quintam thesim idque repetitione eiusdem verbi consonat:

V 276 *Dic* ubi nunc tristis uictoria, *dic* ubi nunc sit;

item alius verbi extrema syllaba cum eadem caesura consonante:

V 211 Iudex namque tuens *hunc* eligit, *hunc* reprobauit.

Exstant aliae syllabae extremae verborum consonae in quinta thesi, sed particula *que* attenuatae, quae a carminum scriptoribus plerumque ad devitandam caesuram, hoc loco improbatam, apponebatur [34]), ex. gr.:

I 161 Sessorem per uerb*a* suum, lingu*a*que rudenti
II 255 Hoc iugibus uotis, hoc noct*e* di*e*que precemur
V 64 Cum moueas, or*i* ora premis mell*i*que uenenum.

Memoria tenentes vocem loquentis in fine versus hexametri longissimam moram facere [35]), exitum versus syllabis verborum extremis inter se consonantibus formandis gravissimi esse momenti, ut probemus, non oportet. SEDULIUS simili syllabarum versus terminantium sono satis raro utitur, contra saepe exitus cum extremis verborum intra versus positorum syllabis, sive in caesuris sive alibi, consonos facit. Animum primum ad syllabas verborum extremas similes solutas advertentes, videmus SEDULIUM saepius verbi primi et extremi versus extremas syllabas simili sono ornare:

I 51 Arid*a* nescit humus, nec de tellure cruent*a*
78 Tot*um* namque lauans uno baptismate mund*um*

---

[33]) MEYER, *Zur Geschichte des griech. und latein. Hexameters* p. 1035: „Diese Hebung fällt am schwersten in das Ohr, wenn sie den Schluss eines Wortes bildet... Desshalb sind solche Schlüsse am meisten gemieden... Denn man hatte sich endlich entschlossen, radikal zu helfen und sowohl betonten Wortschluss in der 5. Hebung als viersilbige Schlusswörter überhaupt zu verbieten".

[34]) MEYER, *Zur Geschichte des griech. und lat. Hexameters* p. 1045: „Es ist unbestreitbar, dass diese Enklitika (scilicet *que*) mit dem Wort, an das sie gehängt wird, in vielen Tausenden von Fällen verschmilzt und mit demselben als 1 Wort behandelt wird. Wie viele Verse wären sonst falsch, indem z. B. die 5. Hebung (vgl. *tactum^{5}que vereri*) Wortschluss bilden würde!".

[35]) Cf. p. 9 nostrae commentationis.

I 284 Libertat*is* opem, radians ubi regia fulu*is*
348 Ordin*is* extremus conscribi in saecula ciu*is*
II 62 Mans*it* et angusto Deus in praesepe quieu*it*
85 Negleg*is* et regi regum tua regna minar*is*
111 Cui*us* ab ore tener subito cum labitur agn*us*
133 Suscip*it* et poenas alieno in corpore sent*it*
138 In*ter* ut emeritus residebat iure magis*ter*
156 Ter*sit* et adtactu procul euanescere ius*sit*
277 Carc*ere* constricti non permittemur abi*re*
284 Linqu*it*, et ingreditur qua se temptatio duc*it*
III 45 Reddid*it* et uaria populos a clade leuau*it*
111 Occid*it* et misero patris mihi nomen adem*it*
139 Spirit*us* igne fouet, uerboque inmobile corp*us*
140 Susci*tat* atque semel genitam bis uiuere praes*tat*
275 Cl*am* fuit esse Deum, quia non absconditur umqu*am*
301 Opprim*at*, atque animam dubia sub morte fatig*at*
IV 91 Fec*it* et exclusos semper reticere coeg*it*
108 Expu*it* et speciem simulatae mortis adem*it*
176 Plen*us* aquae grauidamque cutem suspenderat alu*us*
197 I*te*, sacerdotum conspectibus ora refer*te*
284 Laz*are*, perge foras; magno concussa pau*ore*
V 143 Obi*cit* et uerum mendax pro crimine du*cit*
191 Splendid*us* auctoris de uertice fulget Eo*us*
292 Vesci*mur* atque ideo templum deitatis habe*mur*
385 Vulner*is* et mentem patienter ferre labant*is*.

Extremae verborum syllabae prioris hemistichii cum exitu versus similiter sonant:

I 308 Lex carnal*is* habet, quoniam pater ipse parent*is*
II 20 Ni pi*us* ille sator culpas ignoscere prompt*us*
83 Quid fu*ris*, Herodes? Christum sermone fate*ris*
III 59 Ergo ubi puls*a* quies cunctis lacrimantibus un*a*
85 Talem quipp*e* domum dignus fuit hospes haber*e*
IV 142 Nec tibi paru*a* salus Domino medicante, Mari*a*
181 Non tul*it* hanc speciem mundi Pater, et sua trans*it*
271 Bethaniae*que* solum repetens intrarat; ibi*que*
V 153 Quid dubitat*is* adhuc? en sectus terga flagell*is*

Ambo etiam syllabae verborum extremae inter se consonantes minus apte sub finem concurrunt, velut:

II 280 In laqueos temptantis agat, sed cum mal*a* nostr*a*
III 106 Sustulerat, sanctos Domini lacrima*nsque* geme*nsque*
154 Auditu uacuus, solo per inani*a* membr*a*
IV 161 Subiaceat uobis, quantum quod nomin*a* uestr*a*
169 Carminibus quidam uanae Memphit*is* in or*is*
V 110 Inmemoris damnauit opus, gemituqu*e* sequent*e*
166 Vestimur clamidem, species ut unc*ta* cruen*ta*

V 257 Conueniens liquor ille fuit; nam dulci*a* uin*a*
269 In cineres animata suos; subitoqu*e* fragor*e*
284 Et uenia regnante peris, iam spiri*tus* ar*tus*.

Quod idem fit elisione admissa:

V 401 Discipulis inuenta loco, quis*nam* ambigat u*nam*.

Tribus extremis verborum syllabis exstantibus forma versus haec erit:

II 128 Quosu*e* dabas fremitus, cum uulnera feruer*e* lat*e*
184 Vo*ce* prius hominem non solo uiuer*e* pan*e*
III 32 Inqu*e* suo magis est uix agnitus ill*e* color*e*
295 Sequ*e* palam Dominus populis dedit: ecc*e* repent*e*
IV 117 Claude*re* per noctem uacuo potue*re* labo*re*.

Similiter cum elisione unius syllabae extremae consonae:

V 10 Clarificemqu*e* iterum. quid apertius est Patr*e* test*e*.

Quin etiam quattuor syllabas verborum extremas concentum servantes unus versus complectitur:

V 198 Hoc Hebrae*a* refert, hoc Graec*a* Latin*a*que lingu*a*.

Multae insuper aliae, ut videbimus, syllabae verborum extremae similiter sonantes SEDULIANUM poema exornant, quae cum in versibus reperiantur, in quibus syllabae extremae sono fortiores, quippe quae in caesuris vel exitu versuum positae sint, locum primum obtinent, hic eas omittendas censuimus. Neque affirmare audemus extremas verborum syllabas inter se consonantes in aliorum poetarum Latinorum carminibus, optimis minime exemptis, non inveniri. Quas vero syllabas accuratius propterea tractavimus, quia SEDULIUM syllabas verborum extremas consonas in universum valde adamasse testantur. Simul easdem conferendo probare cupimus numerum earundem syllabarum solutarum atque mixtarum multo minorem esse quam numerum extremarum syllabarum similium caesuris et, quae cum iisdem saepissime iunguntur, exitui scilicet versuum astrictarum, quae SEDULII carminum insigne proprium et peculiare agnoscimus.

Syllabas verborum extremas similes, si utraque ibi ponitur, ubi vox legentis immorari solet, optime sonare nullum est dubium, quod, ut iam MUELLER dixit[36]), duplici modo fieri

---

[36]) *De re metrica* p. 569. — Cf. etiam VROOM, *De COMMODIANI metro et syntaxi* p. 18.

potest, sive enim caesura hexametri cum eius exitu sive duae vel plures caesurae inter se consonant. A modo priore versus hexametri proficiscuntur, qui „leonini“ vocantur[37]), quatenus secundum STRECKERUM leonini recte habentur omnes versus hexametri[38]), quorum exitus cum qualibet caesura antecedente et non cum sola caesura semiquinaria, ut TRAUBE docet[39]), concentum servat. Caesura semiquinaria consona cum exitu versus est quidem forma versus hexametri leonini perfecta, attamen usque ad saec. XI exitus versus hexametri cum qualibet alia caesura praecedente consonare potest, ut leoninus vocetur[40]). Versus hexametri extremis verborum syllabis inter se consonantibus ornati haud raro apud veteres quoque poetas Latinos, vel optimos inveniuntur[41]); saepius iam in christianorum scriptorum carminibus, quod STRECKER contra GRIM-

---

[37]) De quorum nominis obscura adhuc origine praeter NORDENI, *Die antike Kunstprosa,* vol. II p. 865 annot. 1, cf. etiam VIVELLI, *Leoninische Verse und Reime* p. 26, ubi nomen illud a LEONE MARSICANO (1044 — ca 1118) repetitur.

[38]) *Studien zu Karolingischen Dichtern* p. 215: „Unter leoninischem Reim ist im folgenden nur einsilbiger Reim verstanden, und zwar im Gegensatz zu W. GRIMM nur der Gleichklang der Schlusssilbe mit der Hebung eines der vorhergehenden Füsse“.

[39]) *Einleitung in die lateinische Philologie des Mittelalters* p. 111: „Dann kommt etwas Neues für den, der nur die alten Verse kennt: die leoninischen Hexameter und Disticha, wo das in der Caesura penthemimeres stehende Wort mit dem Wort am Schluss des Verses reimt oder das Wort in der Cäsur des Pentameters mit dem Schluss des Pentameters“.

[40]) *Studien zu Karolingischen Dichtern,* l. c.: „Die ausgebildete spätere Form zeigt den Gleichklang mit der Hebung des dritten Fusses; in früherer Zeit und noch bis ins 11. Jh. hinauf steht daneben Gleichklang mit der zweiten und vierten; die des fünften berücksichtige ich in der Regel nicht. Im Pentameter ist natürlich nur der Reim an der Dihaerese zu beachten“.

[41]) Christ. Theophil. SCHUCH, *De poesis Latinae rhythmis et rimis praecipue Monachorum,* Donaueschingae 1851, p. 20. — GRIMM, *Zur Geschichte des Reims* p. 245 et passim. — Hermann USENER, *Reim in der altlateinischen Poesie,* vide *Kleine Schriften,* vol. II, Leipzig-Berlin 1913, p. 255 sq.—WÖLFFLIN, *Der Reim im Lateinischen* p. 355 sq.— DINGELDEIN, *Der Reim bei den Griechen und Römern* p. 106 et passim. — STRECKER, *Studien zu Karolingischen Dichtern,* p. 216 sq.

MUM[42]), probavit[43]), et frequentissime quidem in versibus SEDULII, quod aeque a GRIMMI sententia abhorret[44]). De extremarum syllabarum SEDULII carmina dactylica exornantium concentu iam HUEMER subtilius scripsit[45]), quaestioni tamen, si de poemate, quod *Carmen Paschale* inscribitur, agitur, ut iam diximus[46]), abunde non satisfecit.

---

42) *Zur Geschichte des Reims* p. 268: „Die Dichter aus dem Zeitalter des AUGUSTUS, bei denen Sprache und metrische Kunst auf gleicher Höhe stand, habe ich einzeln und ausführlich betrachtet; gleiche Umständlichkeit scheint mir bei den nachfolgenden, denen sie Vorbild waren, nicht nötig: die Bemerkung genügt, dass der Reim von ihnen auf gleiche Weise und innerhalb derselben Grenzen angewendet wird... Dagegen bei anderen... scheint mir der Reim eher ab- als zugenommen zu haben. Ich suche den Grund in der gesunkenen Sprache und geringeren Kunstfertigkeit: Absicht war dabei nicht. Ebenso verhält es sich mit den Dichtern der folgenden Jahrhunderte: mit SERENUS, NEMESIANUS, LACTANTIUS, AUSONIUS, CLAUDIANUS, AVIANUS, JUVENCUS, PRUDENTIUS im vierten; mit SEDULIUS, MEROBAUDES, PROSPER AQUITANUS im fünften".

43) *Studien zu Karolingischen Dichtern* p. 216: „Die nachaugusteischen Dichter zeigen keinen wesentlichen Unterschied. Wenn aber GRIMM für die der folgenden Jahrhunderte eher eine Ab- als Zunahme konstatiert und den Grund hierfür in der gesunkenen Sprache und geringeren Kunstfertigkeit findet, so erscheint mir dies Urteil zu summarisch und teilweise geradezu unrichtig".

44) Itaque non videtur verum illud WÖLFFLINI, *Der Reim im Lateinischen* p. 379: „Leoninisch gereimte Hexameter, die schon in der augusteischen Poesie vereinzelt vorkommen, mehren sich bei PAULLINUS von Pella in seinem 465. p. Chr. verfassten Eucharisticon". — Similiter illud, quod Maximilianus KAWCZYŃSKI, *Porównawcze badania nad rytmem i rymami,* vide *Pamiętnik Akad. Um. Wydz. Filol. i Hist. Filoz.* vol. VI, Kraków 1887, p. 138 scribit: „Dopiero w sto lat później św. AUGUSTYN użył takiegoż rymu samogłoskowego w jedynym utworze rytmicznym, jaki napisał, po nim zaś co raz liczniejsi poeci chrześcijańscy pisali hymny i pieśni swoje b e z r y m u, umieszczając go chyba tak s p o r a d y c z n i e, jak to klasyczni poeci czynić byli zwykli. Szósty wiek znów wysuwa rymy naprzód, odkąd one coraz więcej zyskiwać będą obszaru". Quod enim ad ipsum SEDULIUM attinet, qui circa a. 430 floruit, verius statuit STRECKER, *Studien zu Karolingischen Dichtern* p. 216: „Ganz anders der so viel gelesene und ausgeschriebene SEDULIUS... Ebenso ist auch der L(eoninische Reim) bei ihm in ungeahntem Masse ausgebildet, und GRIMMS angeführte Bemerkung erscheint, an ihm gemessen, unverständlich".

45) *De SEDULII vita et scriptis,* p. 117 sq.

46) Cf, p. 15 nostrae commentationis.

Extremis verborum syllabis inter ce consonantibus in carminibus dactylicis Latinis efflorescentibus tam similium syllabarum extremarum, quibus grammatica Latina abundat, permagnus numerus [47]), quam versuum aequalis et congruens structura valde favebat, propter quam carminum scriptores verba mutuo relata, ex. gr. vocabulum eiusque adiectivum, distrahere eaque separatim in caesura et in exitu versus ponere solebant [48]). Quae cum ita sint, poetae interdum verba extremis syllabis inter se consonantia declinare, quam quaerere difficilius erat, ut recte DREVES et alii dixerunt [49]). Ipso initio versus, ut dicuntur, leonini, paucis exemptis, verbis una tantum syllaba extrema inter se consonantibus, quin etiam assonantibus ornantur [50]). Neque syllabarum consonarum quantitas valet

---

[47]) Ernst EICHNER, *Bemerkungen über den metrischen und rhythmischen Bau, sowie über den Gebrauch der Homoeoteleuta in den Distichen,* Gnesen 1875, p. 39. — WÖLFFLIN, *Der Reim im Lateinischen* p. 351. — DINGELDEIN, *Der Reim bei den Griechen und Römern* p. 5: „Gerade für den Reim bot im Griechischen und Lateinischen die Übereinstimmung der Flexionsendungen überreiche Gelegenheit".

[48]) Carolus LACHMANNUS, *Sex. Aurelii PROPERTII carmina,* Lipsiae 1816, p. 22 nota ad lib. I 5 v. 20. — Wilhelm WACKERNAGEL, *Geschichte des deutschen Hexameters und Pentameters,* vide *Kleinere Schriften* vol. II, Leipzig 1873, p. 15. — WÖLFFLIN, *Der Reim im Lateinischen* p. 352. — DINGELDEIN, *Der Reim bei den Griechen und Römern* p. 7. — MUELLER, *De re metrica,* p. 570. — TRAUBE, *Einleitung* p. 110: „In der klassischen Metrik kommen schon gelegentlich, besonders unter Hexametern und Pentametern, Verse vor, in denen ein Reim die Hauptcäsur und die Endung des Verses bindet. Das erklärt sich mit Leichtigkeit aus der geregelten Stellung der Wörter. Man trennte ein Substantiv gern in der Weise vom Epitheton, dass man beiden die signifikante Stellung am Ende der Cäsur und des Verses anwies. So entstand oft der Reim ohne gesucht zu sein. Es war das nur ein rhetorisches Hilfsmittel".

[49]) *Aurelius AMBROSIUS* p. 49: „Indes ist nicht zu übersehen, dass Reime wie die des AMBROSIUS sich im Lateinischen zu Dutzenden von Malen wie von selbst ergeben, ohne dass es nöthig wäre, sie eigens anzustreben; es wäre im Gegentheile eher ein besonderes Streben nöthig, wenn man sie vermeiden wollte, ein Streben, das sich durch Gezwungenheit verrathen und rächen würde". — EHRENFELD, *Studien zur Theorie des Gleichklangs* p. 8: „Es kann daher zuletzt dazu kommen, dass der Dichter sich gegen ungewollte Gleichklänge wehren muss".

[50]) STRECKER, *Einführung in das Mittellatein* p. 26: „Er (scil. der Reim) ist in den älteren Zeiten recht bescheiden, für den, der zum ersten Male diesen Dingen näher tritt, geradezu überraschend bescheiden; es

quidquam contra illud, quod BUCHROLD affirmat[51]). Accedit, quod in versibus hexametris leoninis altera syllaba verbi extrema similiter sonans, quippe quae in caesuram cadat, in thesi et altera, quippe quae in exitu ponatur, in arsi repetitur, quod facile fieri potest, quia ictus in versibus veterum natura non gravis, sicuti hodie est, sed potius melodus erat, quatenus syllabae sub ictu positae non tam fortiore quam acutiore prae ceteris sono pronuntiabantur. Quae cum ita sint, discrimen inter syllabam extremam in thesi et syllabam similem in arsi positam non modo non offendisse, sed etiam declamationem versuum venustiorem reddidisse haud difficile intelligitur[52]). Denique, si poetae christiani carmina sua non omnibus numeris et partibus syllabis consonis ornasse, sed versus iisdem syllabis verborum extremis distinctos versibus concentu syllabarum carentibus permiscuisse cognoscuntur, improbandi non

---

genügt schon, wenn Vocal und Endkonsonant der Schlusssilbe übereinstimmen, *hominem-maiorem,* ja, wenn nur die Vokale (Assonanz, z. B. *praeceps-hominem),* bei einigen auch, wenn nur die Endkonsonanten übereinstimmen *(mater-operatur).*

[51]) *De paromoeoseos apud veteres Romanorum poetas usu* p. 71: „Monendum est, ne syllabam productam cum conrepta homoeoteleuton facere credas". — Contra: HUEMER, *Untersuchungen über den iambischen Dimeter* p. 35. — SEELMANN, *Die Aussprache des Latein* p. 74 sq. — DINGELDEIN, *Der Reim bei den Griechen und Römern* p. 10: „Ebenso wenig werden wir die Möglichkeit einer Bindung durch Reim bei Silben von verschiedener Quantität der Vocale von vornherein bestreiten dürfen. Das Gegenteil behauptet u. a. BUCHHOLD... Eine Begründung wird indessen nicht einmal versucht. Es ist doch auch nicht einzusehen, weshalb bei den ersten unbeholfenen Anfängen der Reimbildung eine Freiheit nicht gestattet gewesen sein soll, die unsere grössten Dichter jederzeit für sich in Anspruch genommen haben".

[52]) Paul PIERSON, *Métrique naturelle du langage,* vide *Bibliothèque de l'Ecole des hautes études. Sciences philol. et hist.* fasc. LVI, Paris 1884, p. 252: „Le témoignage de tous les grammairiens, aussi que la versification de l'époque classique, s'accordent pour nous démontrer que les Latins, de même que les Grecs du reste, entendaient par accent non pas une certaine force, ou ce qu'ils appelaient un ictus, mais un certain chant, c'est-à-dire une note mélodique qui ressort comparativement aux autres". — Cf. Henri WEIL—Louis BENLOEW, *Théorie générale de l'accentuation latine,* Berlin-Paris 1855, p. 4. — Ludwik ĆWIKLIŃSKI, *Homer i Homerycy,* Lwów 1881, p. 78 annot. 2. — SEELMANN, *Die Aussprache des Latein,* p. 23, 74.—GLEDITSCH *Metrik der Griechen und Römer, p.* 86.— Karl BORINSKI, *Die Antike in Poetik und Kunsttheorie,* vide *Das Erbe der Alten,* fasc. IX, Leipzig 1914, p. 48.

sunt, quia hoc faciendo oboediebant praecepto poetico illius temporis, quod BEDA VENERABILIS nobis tradidit dicendo: „Non tamen hoc continuatim agendum, verum post aliquot interpositos versus, si enim semper uno modo pedes ordinabis, et versus, tametsi optimus sit, status statim vilescit“ [53]). Quae versuum leoninorum propria plus minusve expresse in SEDULIANO poemate, quod *Carmen Paschale* inscribitur, et magno quidem numero adesse probandi laborem suscepimus.

Supra iam diximus [54]) in hoc SEDULIANO poemate maximam esse vim caesurae semiquinariae, quae medio circiter versu cadit, ideoque, si multo rariorem atque minoris momenti caesuram post tertiam arsin omittimus, versum in dua ferme aequalia hemistichia dividit. Sequitur in SEDULIANO quoque carmine caesuram semiquinariam cum exitu versus consonantem saepissime omnium inveniri, quorum coniunctio in arte poetica media aetatis *versus leoninus,* ut verissime dicitur, appellatur. Sunt in SEDULIANO poemate permulti versus, quorum caesura semiquinaria sola cum exitu concentum habet, aliis verborum syllabis similiter sonantibus exclusis, quos versus leoninos simplices nominamus. En eorum conspectus:

I 35 Maiestas simil*is*, haec est uia namque salut*is*
42 Legis Athenae*i* paedorem linquite pag*i*
43 Quid labyrinthe*o*, Thesidae, erratis in antr*o*
48 Proderit et mut*is* animas damnare metall*is*
62 Qui maris undison*as* fluctu surgente procell*as*
63 Mergere uicin*ae* prohibes confinia terr*ae*
77 Monstraret liqui*das* renouari posse per un*das*
87 Transit in aduers*as* iussu dominante figur*as*
88 Si iubeas medi*is* segetes arere pruin*is*
91 Sordidus impress*as* calcabit uinitor uu*as*
94 Testis origo patr*um*, nullisque abolenda per aeu*um*
98 Ingrediens aliqu*os* nitor contingere ram*os*
102 Sidera nec bibul*ae* numeris aequantur haren*ae*?
148 Quid referam innumer*as* caelesti pane cateru*as*
162 Edidit human*as* animal pecuale loquell*as*

[53]) *De arte metrica,* vide KEIL, *Grammatici Latini,* p. 244.—Cf. W. MAYER, *Ein Merowinger Rythmus über FORTUNAT,* vide *Nachrichten d. k. Ges. d. Wiss. zu Göttingen philol. hist. Klasse,* Berlin 1908, p. 35: „Bis gegen das 12. Jahrhundert sind lateinische Gedichte sehr selten, in welchen jede Zeile mit dem Reim belegt ist, vielmehr sind fast überall reimlose Zeilen dazwischen gemischt“.

[54]) Cf. p. 27 nostrae commentationis.

I 164 Fixit anhelant*em* dilato uespere luc*em*
167 Feruidus ingen*tem* gladius consumeret hos*tem*
169 Sidera uentur*um* praemisso nomine Ies*um*
173 Tradidit inlaes*am* ieiunis morsibus esc*am*
180 Qua leuis aeri*os* non exprimit orbita sulc*os*
184 Quam bene fulmine*i* praelucens semita cael*i*
196 Venit ad ignot*as* inimico remige terr*as*
199 Exitium saeu*i* Chaldaea lege tyrann*i*
200 Cuius Achaemeni*am* rabies accenderat ir*am*
203 Cordis imagine*ae* uincunt incendia poen*ae*
206 Digna sed inmit*em* mox perculit ultio reg*em*
212 Nec minus et Dar*i* furuerunt iussa tyrann*i*
217 Coepit amare fam*em*; rabies mollita furor*em*
224 Sponte uenire pec*us*, muliebres transtulit art*us*
228 Manna pluit, sax*o* latices produxit ab im*o*
262 Aut rogus exigu*as* desiccet fortior und*as*
263 Aut ualidis tenu*es* moriantur fontibus ign*es*
272 Aut subiecta foc*is* dapibus famulentur edend*is*
275 Transplantat*orum* cultores esse de*orum*
298 Quod simplex triplic*et* quodque est triplicabile simpl*et*
306 Iura caduc*orum* gradibus simulauit hon*orum*
324 Iste fidem ter*nam*, hic non amplectitur u*nam*
325 Ambo errore par*es*, quamquam diuersa sequent*es*
357 Iura sacerdoti*i* Lucas tenet ore iuuenc*i*[55])
360 Tempora ceu totid*em* latum sparguntur in orb*em*
364 Hinc igitur ueter*is* recolens exordia mort*is*
367 Semina mittent*es*, mox exultabimus omn*es*
368 Portantes nostr*os* Christo ueniente manipl*os*.
II 3 Inlecebris let*um* misero portarat amar*um*
4 Nec solus merit*am* praesumptor senserat ir*am*
12 Cernere nongent*os* ultra feliciter ann*os*
13 Progeniemque sen*um* decimam spectare nepot*um*
15 Cursibus extrem*ae* sors inreparabilis hor*ae*
27 Culpa dedit mor*tem*, pietas daret inde salu*tem*
41 Iamque nouem lap*sis* decimi de limine men*sis*
58 Obsitus exigu*is* habuit uelamina pann*is*
59 Quemque procellos*i* non mobilis unda profund*i*
65 Nomen et aetern*o* conplectens omnia gyr*o*
68 Nec primam simil*em* uisa es nec habere sequent*em*
82 Sicut ador*andum*, quem tractat fraude nec*andum*
105 Si cupimus patri*am* tandem contingere, postqu*am*
110 Ereptumque gem*ens* facinus sibi, ceu leo frend*ens*
114 Nequiquam et uacu*as* implent balatibus aur*as*

---

[55]) HUEMER, *De SEDULII vita et scriptis*, p. 118: „Valet haec rimorum observatio ad locos dubios recte emendandos, ut I 357 *iura sacerdotis Lucas tenet ore iuvenci* (Arev.), *sacerdotii* codd. Taur. Vind. 307 al".

II 150 Tollere cum dic*it* quod non habet, hoc mihi toll*it*
152 Qualiter in medi*as* cum lux praeclara tenebr*as*
153 Funditur et propri*um* non obfuscata seren*um*
154 Decutit expuls*as* inlaesis uultibus umbr*as*
157 Tunc uada torrent*um* simplex ingressus aquar*um*
160 Corpore mund*auit* latices famamque be*auit*
163 Iordanis reflu*as* cursum conuertit in und*as*[56])
167 Egrediens sicc*as* Dominus calcauit haren*as*
169 Spiritus in speci*e* Christum uestiuit honor*e*
182 Viscera frugifer*is* animans fecundauit arist*is*
213 Vectus in extrem*ae* discendit humillima terr*ae*
215 Dixerat, et ualid*i* confossus cuspide uerb*i*
231 Quin etiam celer*em* cupiens conferre salut*em*
243 Fecit adoptiu*os* caelestis gratia nat*os*
III 11 Mitis inocciduas enutrit pampinus uu*as*
40 Quin etiam rabid*as* nigrorum depulit ir*as*
47 Pressit, et exigu*ae* conscendens robora cumb*ae*
49 Discipuli placid*o* librabant carbasa pont*o*
51 Sulcabat medi*um* puppis secura profund*um*
65 In Dominum tumi*das* quae surgere cogeret un*das*
69 Mouerunt auid*as* uentorum gaudia pinn*as*
82 Sordibus atque olid*o* consuetum uiuere caen*o*
96 Robore, pecca*tis* primum mundauit adem*ptis*
101 Tandem aliena su*is* laetatur uadere plant*is*
104 Functa die supe*ras* moriens amiserat au*ras*
116 Ibat inundant*em* mulier perpessa cruor*em*
122 Nititur auers*i* uel filum tangere Christ*i*
125 Damnauit patul*as* audax fiducia uen*as*
132 Omnia lament*is* ululans implebat amar*is*
145 Decute nocturn*as* extinctis uultibus umbr*as*
149 Lumina defus*o* ceu torpens ignis oliu*o*
156 Curauit uer*sis* Deus in contraria cau*sis*
157 Daemonio uacu*ans*, auditu et uoce reform*ans*
171 Omnipotens, ut ab h*is* iam sese auctore magistr*is*
174 Quatuor ingent*es* procedere cursibus amn*es*
175 Ex quibus in tot*um* sparguntur flumina mund*um*
183 Aspicit inualid*um*, dimenso corpore manc*um*
187 Praecipit et reduc*i* diuino more salut*i*
189 En iterum ueter*es* instaurans lubricus art*es*
191 Liuidus human*o* gaudet pinguescere tab*o*
192 Quodque per altern*os* totiens disperserat aegr*os*
201 Vultibus et sol*am* dispectans cernua térr*am*

---

[56]) Hunc quoque versum perinde ac supra ex syllabis verborum extremis emendauit HUEMER, *De SEDULII vita et scriptis*, p. 118: „Prava est lectio cod. Ambr. H. 80 haec:

II 163 Iordanis *refluens* cursum conuertit in *undas*,

codd. meliores habent *refluas*, quod est genuinum“.

III 221 Noctis et astrifer*as* induceret hesperus umb*ras*
222 Discipuli sol*o* terris residente magistr*o*
226 Tempore calcat*as* Dominus superambulat und*as*
241 Ipsa omnes modic*i* redimebat munere fil*i*!
246 Semper adorat*ae* recubant ad limina mens*ae*
247 Adsueti reflu*as* dominorum lambere mic*as*
250 Conpulit Hebrae*i* de gramine uescier agr*i*
255 Venerat, in prisc*um* conponit motibus us*um*
272 Vidit abundant*em* modico de semine mess*em*
276 Vrbs in monte se*dens*, modio nec subditur ar*dens*
280 Solis, in etheri*am* uersus splendore figur*am*
286 Ignotos ocul*is* uiderunt lumine cord*is*
294 Texit adorat*am* carnis uelamine form*am*
299 Est, Domine; horrend*a* lacerat quem spiritus ir*a*
304 Expellat trepid*am* subtracto lumine uit*am*
312 Fugit in obscu*ras* puero uiuente teneb*ras*
335 Et facit egregi*os* inter residere tyrann*os*
IV 3 Vulgus, et innumer*as* releuans a clade cateru*as*
4 Suscipit infirm*os* et dat discedere san*os*
25 Solatur nex*os* in carcere, perfouet aegr*os*
26 Atque aliis larg*us*, sibi tantum constat egen*us*
31 Praeterea gemin*os* Dominus considere caec*os*
33 Conspicit, extinct*ae* poscentes munera form*ae*
38 Atque diu claus*as* reserans sub fronte fenestr*as*
54 At iustus palm*ae* similis florebit amoen*ae*
89 Pulsus et in uacu*as* fugiens euanuit aur*as*
92 Daemonas ac tal*em* prohibet se pandere test*em*
100 Arua legens, placid*as* Dominus calcaret haren*as*
118 Simon paret ou*ans* et aquosis gentibus inst*ans*
121 Turbaret gem*inas* cumulato pisce car*inas*
137 Et licet amiss*ae* passus discrimina uit*ae*
140 Deponens trepid*um* recidiuo tramite luct*um*
143 Multiplici lae*sum* curauit uulnere sen*sum*
144 Quam fera septen*is* rabies inuaserat arm*is*
162 Scribat in aetern*o* caelestis littera libr*o*
173 Clarificare dom*um*, non escam sumere tant*um*
179 Turgida perflat*um* macies tenuauerat aegr*um*
187 Deserit et uacu*ae* resident in pectore fibr*ae*
193 Discolor obscoen*is* turpabat poena figur*is*
201 Explorant propri*as* alterno lumine form*as*
217 Sola frequens uo*tis* oratio praestat hones*tis*
219 Qui foribus claus*is* per opaca silentia noct*is*
222 Praeteriensque ui*ae* Dominus loca Samaritan*ae*
226 Stans mulier, paru*um* puteo quae traxerat haust*um*
228 Agnoscens propri*am* numeroso coniuge uit*am*
232 Percipiat placi*das* animae, non corporis un*das*
242 Sumeret obscoen*ae* feriens contagia moech*ae*
260 Et consanguine*i* tutus medicamine lim*i*

IV 281 Possit ab infer*nis* hominem reuocare cauer*nis*
282 Qui dabit innumer*as* post funera surgere turb*as*
289 Postque sepulchral*em* tamquam recreatus honor*em*
303 In solido moll*es* subiecit tramite uest*es*
308 Qui regit aetheri*um* princeps in principe regn*um*
V 52 Hausisset placid*as* flabris uitalibus aur*as*
58 Spargitur in uacu*as* nebulis obscurior umbr*as*
62 Praeuius horribil*es* comitaris signifer ens*es*?
66 Quid socium simul*as* et amica fraude salut*as*?
67 Numquam terribil*es* aut pax coniurat in ens*es*
74 Angelicas sibim*et* legiones poscere poss*et*
83 Continuo ad trist*es* Caiphae deducitur aed*es*
92 Labitur inualid*ae* deformis gloria flamm*ae*
137 Sidera tartare*um* discenderit usque profund*um*
138 Tunc uir apostolic*us*, nunc uilis apostata fact*us*
169 Omnia nostr*orum* susceperat ille mal*orum*
179 Suscipiens tetig*it* labiis et ab ore remou*it*
200 Huius in exuu*is* sors mittitur, ut sacra uest*is*
205 Inter carnific*es* sancto pendente latron*es*
226 Ingemit antiqu*um* serpens habitare colon*um*
231 Abstulit iste su*is* caelorum regna rapin*is*
244 Sic Dominus claus*i* triduo tulit antra sepulchr*i*
256 Manzeribus popul*is* in deteriora uolut*is*
294 Et faciat tenu*es* tanto mansore capac*es*
321 Hunc etiam propri*i* donans fulgore tropae*i*
327 Angelus amot*i* residebat uertice sax*i*
331 Venerat in form*a*, Christum quaerentibus alb*a*
338 Clam sibi noctur*na* Christum abstraxisse rapi*na*
341 Dicere, conclus*o* furtim productus ab antr*o*
387 Quisquis enim artific*es* caeca sub imagine fraud*es*
388 Instruit et uan*as* cupit exercere figur*as*
391 Omnia sollicit*os* odit simulator amic*os*
435 Innumerabili*um* scripserunt pauca bonor*um*.

Eadem caesura semiquinaria cum exitu versus repetitione eiusdem verbi consonat:

III 284 Contigit in *mundo* quae non sunt credita *mundo*.

Nonnunquam poeta similibus syllabis extremis plures continuos versus connectit, velut:

V 48 Sufficerent magn*i* fuso pro sanguine Christ*i*
Qui pater est mund*i*, qui fecerat hunc quoque nasc*i*
125 Funditus et dign*is* pereant mala robora flamm*is*?
Continuoque truc*is* correptus mente furor*is* [57]).

[57]) De cuius versi emendatione cf. HUEMER, *De SEDULII vita et scriptis*, p. 118:

V 126 continuoque truc*i* correptus mente furor*is*

(cod. Vind. 307), sed dubium non est, quin *trucis* sit lectio genuina".

Item una caesura semiseptenaria consonante:

IV 22 Nec male defoss*um* famulatur furibus aur*um*,
Ieiunis qui ferre cib*um*, sitientibus haus*tum*,
Hospitibus tec*tum*, nudis largitur ami*ctum*.

Qui versus in mediae aetatis arte poetica *unisoni* vel *uniformes* vel *concatenati* vocabantur [58]).

Praeter hos versus leoninos simplices SEDULIUS formas eorum artificiosas exhibet, inter quas aequali et congruenti compositione illi versus excellunt, qui gratissimi videbantur BEDAE VENERABILI scribenti: „Optima autem versus dactylici ac pulcherrima compositio est, cum primis paenultima ac mediis respondent extrema, qua SEDULIUS frequenter uti consuevit“[59]). Quorum exempla sequuntur:

I 25 Sta*re* choro et placid*is* caelestia psall*ere* uerb*is*
26 Clar*a* salutifer*i* taceam miracul*a* Christ*i*?
40 Attic*a* Cecropi*i* serpit doctrin*a* ueneni
59 Maxim*a* centen*um* cumulare per horre*a* fruct*um*
107 Sauci*a* nam uetul*ae* marcebant uiscer*a* Sarr*ae*
124 Noxi*a* contempt*i* uitans discrimin*a* mund*i*
131 Frонde*a* blandit*ae* lambebant robor*a* flamm*ae*
136 Perui*a* diuis*i* patuerunt caerul*a* pont*i*
140 Sicc*a* peregrin*as* stupuerunt marmor*a* plant*as*
152 Rurs*us* in exust*is* sitiens exercit*us* aru*is*
179 Aure*a* flammiger*is* euectus in astr*a* quadrig*is*
183 Dux*it* et human*i* metam non contig*it* aeu*i*
188 Vltim*a* labent*is* miseratus tempor*a* luc*is*
209 Aulic*a* depast*o* mutans conuiui*a* faen*o*
250 Clar*a* serenat*is* infundere lumin*a* terr*is*
252 Mot*ibus* instabil*em* rapidis discurs*ibus* ign*em*
278 Lil*ia*, purpure*i* neu per uiolar*ia* camp*i*
279 Cardu*us* et spin*is* surgat paliur*us* acut*is*
287 Perui*a* pulsant*i* reserantur limin*a* cord*i*
341 Aure*a* perpetu*ae* capietis praemi*a* uit*ae*
II 45 Intemerat*a* su*i* conseruans uiscer*a* templ*i*
57 Omn*ia* qui propr*is* uestit nascent*ia* don*is*
69 Sol*a* sine exempl*o* placuisti femin*a* Christ*o*
75 Grand*ia* solicit*is* perturbant nunt*ia* dict*is*
95 Aure*a* nascent*i* fuderunt muner*a* reg*i*
106 Venim*us* ad Christ*um*, iam non repeta*mus* iniqu*um*
116 Stern*ere* conlis*as* paruorum strag*e* cateru*as*
186 Alter*a* uipere*is* instaurans arm*a* uenen*is*

---

58) MEYER, *RADEWINS Gedicht über THEOPHILUS* p. 84.
59) *De arte metrica* p. 244.

II 191 Scilic*et* ut fragil*is* regna adfectar*et* honor*is* [60])
200 Terqu*e* uolutus hum*o* fragili confider*e* bell*o*
214 Inferior*a* pet*ens* et non excels*a* relinqu*ens*
220 Protin*us* ergo uir*os* ex piscatorib*us* apt*os*
230 For*tia* confring*ens* Deus et sapien*tia* perd*ens*
253 Nobil*e* perpetu*a* caput amplectent*e* coron*a*
III 7 Dulci*a* non na*to* rubuerunt pocul*a* mus*to*
25 Omni*a* depuls*is* sanabat corpor*a* morb*is*
31 Laet*a* peregrin*am* mutarunt membr*a* figur*am*
35 Sauci*a* sub gelid*is* ardebat uit*a* pericl*is*
55 Naufrag*a* litore*is* iam tendere brachi*a* sax*is*
75 Saeu*a* catena*tis* gestantes uincl*a* lacer*tis*
94 Languid*a* dimiss*is* pendebant uincul*a* neru*is*
151 Instaurat*a* su*is* radiarunt or*a* lucern*is*
182 Ex*in* conspicu*am* synagogae ingressus *in* aul*am*
185 Arid*a* torpen*tem* damnarat dexter*a* par*tem*
224 Toru*a* laborant*em* iactabant aequor*a* pupp*em*
228 Circumfus*a* sacr*as* lambebant marmor*a* plant*as*
235 Liber*a* per uitre*os* mouit uestigi*a* camp*os*
269 Vulg*us*, et adtrit*ae* creuerunt morsib*us* esc*ae*
277 Lychn*us*, anhelant*em* sed spargens alti*us* ign*em*
IV 9 Namqu*e* foramen ac*us* sicut penetrar*e* camel*us*
41 Lumin*a* caecat*is* dedit et uestigi*a* claud*is*
63 Mut*a* diu tacit*as* effudit lingu*a* loquell*as*
113 Lit*ore* sistent*em* firmabat ab aequ*ore* pleb*em*
141 Candid*a* felic*em* reuocauit pomp*a* parent*em*
146 Imperios*a* sacr*i* fugiens miracul*a* uerb*i*
150 Neu*e* redundant*em* cumulato germin*e* mess*em*
251 Ind*e* means genit*um* cernit consider*e* caec*um*
306 Frond*ibus* arbore*is* laudem caelest*ibus* ymn*is*
V 3 Pon*ere* mortal*em* uiuamque resum*ere* carn*em*
20 Annu*a* tunc sacr*ae* celebrans per muner*a* cen*ae*
42 Culp*a* datur preti*o*, sed inhaerent crimin*a* fact*o*
69 Tradi*tus* ergo uir*is* operator sanc*tus* iniqu*is*
219 Lumin*a*, nam gemin*as* arcebant uulner*a* palm*as*
243 Caec*a* tenebros*i* latuerunt sider*a* cael*i*
251 Perdit*a* restitu*ens*, non consistenti*a* perd*ens*
252 Null*a* tamen tant*i* metuerunt sign*a* pericl*i*

---

[60]) Cf. quod ad hunc versum scribit HUEMER, *De SEDULII vita et scriptis*, p. 118: „Perdifficilis est locus II 191 ab AREVALO ita emendatus:

Scilicet ut fragil*is* regni affectaret honores

(rimo neglecto). Consentit prosa *regni fragilis*, at in cod. Taur. versus ita habetur:

Scilicet ut fragil*is* regna adfectaret honor*is*

(rimo admisso). Quam quaestionem decernere nondum audeo". In editione tamen SEDULII operum HUEMER ad lectionem syllabarum concentum servantem inclinavit.

V 272 Sauci*a* disciss*o* nudauit pector*a* uel*o*
328 Flamme*us* aspe*ctu*, niueo praeclar*us* ami*ctu*
345 Solue*re* conte*ctum* quam deuecta*re* liga*tum*?
395 Pendul*a* fluctiuag*am* traxerunt reti*a* praed*am*.

Quod similiter fit per duos versus continuos iisdem verborum syllabis extremis repetitis:

IV 269 Terr*a* saluta*ris*, quae fontibus ablut*a* sac*ris*
Clar*a* renascent*is* reserat spiramin*a* luc*is*.

Item cum repetitione eorundem verborum, velut:

I 159 *Christus* erat pan*is*, Christus petra, *Christus* in und*is*
III 213 *Quinque* dedit uict*um* per milia *quinque* uiror*um*
215 *Maxima* paruo*rum* legio uel *maxima* mat*rum*

Item cum duobus paribus verborum eorundem:

V 428 *Tartara* post *caelum* penetrat, post *tartara caelum*.

Vel item cum quattuor verbis similiter desinentibus:

I 281 Ris*imus* aut poti*us* tales defleu*imus* act*us*.

Quinque syllabas verborum extremas consonas, diversi tamen generis continet versus:

IV 123 Gaudi*a* non fer*imus* propens*a*que uot*a* tim*emus*.

Item duplici elisione extremarum syllabarum inter se consonantium admissa:

IV 7 Ardu*a* plana*re* et curu*a* in direct*a* refer*re*.

Vel cum elisione primae tantum syllabae consonae:

II 210 Culmin*a* et erect*ae* quamuis fastigi*a* pinn*ae*
III 26 Ecc*e* autem medi*ae* clamans ex agmin*e* turb*ae*
56 Ips*e* autem placid*um* carpebat pector*e* somn*um*
98 Surge, ait, et propri*um* scapulis adtoll*e* grabat*um*
160 *Ite*, ait, et tris*tes* morborum exclud*ite* pes*tes*
V 63 Sacrilegam*que* aci*em*, gladiis sudibus*que* minac*em*.

Item primae syllabae extremae simili sono particula *que* adiecta attenuato:

I 44 Caec*a*que Daedale*i* lustratis limin*a* tect*i*
92 Cunct*a*que diuin*is* parebunt tempor*a* dict*is*
III 164 Funct*a*que subduc*tae* reuocate cadauer*a* ui*tae*
IV 34 Flebil*ibus*que uag*as* implentes uoc*ibus* aur*as*
V 194 Cunct*a*que de membr*is* uiuit natur*a* creant*is*.

Similis, quamvis non tam aequalis quam in verbis modo allatis, est versuum hexametrorum structura, quorum verbum paenul-

timum non cum primo, sed cum quolibet alio verbo prioris hemistichii consonat, velut:

I 68 Qui diuers*a* nou*am* formasti in corpor*a* terr*am*
157 Et ieiun*a* nou*um* uomuerunt marmor*a* pot*um*
219 Et didic*ere* truc*es* praedam seru*are* leon*es*
294 Per digest*a* rud*is* necnon miracul*a* leg*is*
II 25 Quae mand*are* patr*es*, natorum horresc*ere* dent*es*
96 Tura ded*ere* De*o*, myrram trib*uere* sepulchr*o*
151 Non mal*a* ut ipse ger*at*, sed ut ipse nocenti*a* perd*at*
III 64 Non erat ill*a* fer*i* pugnax audaci*a* pont*i*
66 Nec metuend*a* truc*es* agitabant flamin*a* uir*es*
236 Genesar ind*e* sol*i* Domino uenient*e* colon*i*
256 Et reuocat*a* su*is* adtemperat organ*a* neru*is*
IV 40 Hinc repetit*a* sacr*i* gradiens per moeni*a* templ*i*
70 Nec terg*ere* sacr*as* nec cessat lamb*ere* plant*as*
252 Qui mal*e* praegn*antis* dilapsus uentr*e* par*entis*
291 Vtque caduc*a* uag*i* contemnens culmin*a* saecl*i*
V 19 Vox emiss*a* su*o* respondit conson*a* uerb*o*
82 Non reprob*ando* fid*em*, sed praedic*endo* timor*em*
156 Heu falx toru*a* patr*um*, segitem caesur*a* nepot*um*
195 Et cruc*e* conplex*um* Christus regit undiqu*e* mund*um*.

E contrario extrema verbi primi syllaba concentum servat cum eadem syllaba alius verbi posterioris hemistichii:

I 113 Edi*dit* et ser*um* suspen*dit* ad ubera nat*um*
II 73 Tali*a* Bethle*is* dum sign*a* geruntur in or*is*
III 110 Vnic*a* uirgine*is* nec adhuc matur*a* sub ann*is*
V 420 Finib*us* e cunct*is*, lat*us* qua tenditur orb*is*.

Item cum repetitione eiusdem verbi, velut:

IV 30 *Quae* perit ut mane*at*, *quae* uitam mortua praest*at*.

Item particula *que* addita:

IV 221 Vo*cibus* adsidu*is* pre*cibus*que extorsit anhel*is*.

Tria paria syllabarum inter se consonantium, suos habentia commensus proportionis, continentur versu:

III 331 Qu*antum* pron*a* so*lo*, t*antum* fit proxim*a* cae*lo*.

Item iisdem verbis repetitis:

IV 250 *Huius* damn*a* ten*ens*, *huius* conpendi*a* perd*ens*
V 417 *Pacem* fer*te* me*am*, *pacem* port*ate* quiet*am*.

Formis versuum leoninorum artificiosis etiam alii versus difficilioris compositionis attribuendi sunt, velut versus similibus verborum syllabis extremis aequidistantibus ornati:

I 109 Frigidus annos*o* moriens in corpore sangu*is*
Cum seniore uir*o* gelidi praecordia uentr*is*
II 222 Gaudia sectan*tes* tamquam uaga caerula pont*i*
Caecaque praecipi*tes* tranant incerta profund*i*.

Qui versus a mediae aetatis carminum scriptoribus *collaterales* vel *ventrini* et *caudati* appellabantur [61]).

Neque negligendi sunt versus hexametri cum similibus syllabis extremis caesurae et exitus quasi decussatis, velut:

I 73 Qui genus human*um* praeter quos clauserat arc*a*
Diluuii rapid*a* spumantis mole sepult*um*
II 269 Debita laxar*i* qui nobis cuncta rog*amus*
Nos quoque lax*emus*; proprii nam cautio uerb*i*
IV 275 Flebant german*ae*, flebat populatio praes*ens*,
Flebat et Omnipot*ens*, sed corpore non deitat*e*.

Quibus mediae aetatis metrici *cruciferorum* vel *cruciatorum* vel *serpentinorum* nomina dabant [62]).

Quod de SEDULIO praedicetur, qui syllabas verborum extremas inter se consonantes accumulare non solet, quia iusto maiore numero adhibitae non ita elegantes sentiuntur, praeter caesuram semiquinariam cum exitu concentum servantem eaedem syllabae extremae in aliis quoque caesuris positae rarius in eius carmine reperiuntur. Sic caesurae semiternaria et semiquinaria cum exitu versus concordant:

IV 81 Munda su*is* lacrim*is* redit et detersa capill*is*.

Quod similiter fit particula *que* caesurae semiternariae adiuncta:

I 333 Diuers*is*que mod*is* par est uesania cunct*is*.

Vel eadem particula caesurae semiquinariae adiecta:

V 325 Ad tumul*um* uacu*um*que uident iam corpore fact*um*.

Tres simul caesurae et semiternaria et semiquinaria et semiseptenaria cum exitu versus consonae, verum eodem verbo repetito, inveniuntur versu:

III 165 Sumpsis*tis* *gratis*, cunc*tis* inpendite *gratis*.

Quin etiam quattuor verba similiter desinentia, particula *que* semel adiecta caesurae semiquinariae, nobis occurrunt:

I 246 Vt uolucr*em* turp*em*que bou*em* tortumque dracon*em*.

---

61) W. MEYER, *RADEWINS Gedicht über THEOPHILUS* p. 83.
62) Ibidem p. 84.

Item cum simili syllaba verbi extrema in quinta thesi, loco caesurae semiseptenariae, duabus tamen syllabis consonis particula *que* attenuatis:

V 148 Damn*ato*que pi*o* conseru*ato*que proteru*o*.

Caesuras semiquinariam et semiseptenariam cum exitu versus consonantes legimus:

II 28 Et uelut e spin*is* moll*is* rosa surgit acut*is*.

Quod aeque fit addita quarta simili syllaba extrema primo verbo versus:

I 363 Omni*bus* ut re*bus* tot*us* sibi militet ann*us*.

Vel elisione in caesuram semiquinariam cadente:

II 197 Iussit adorar*i* et sol*i* famularier un*i* [63]).

Saepius in SEDULIANO poemate caesuras semiquinariam et bucolicam cum exitu versus eundem sonum servantes invenimus:

I 52 Liuid*a* mortifer*is* uellat*is* toxic*a* suc*is*
II 48 *Quae* nou*a* lux mund*o*, *quae* tot*o* grati*ä* cael*o*?
173 Quod Pater et Na*tus*, quod Spiri*tus* est ibi sanc*tus*
275 Denarios cent*um* conseru*um* senserit ull*um*
III 50 Iam procul a ter*ris* fuerat rat*is* actaque flab*ris*
119 Perdiderat propri*um* pariter c*um* sanguine cens*um*
IV 243 Nec poterat quisqu*am* fistuc*am* uellere paru*am*
V 404 Hinc etenim ablu*imur*, hoc pasc*imur*, inde sacra*mur*.

Similiter, accedente tamen consona syllaba extrema verbi ante caesuram semiseptenariam, quod unico versu fit:

IV 229 Orat inexhaus*ti* tribu*i* sib*i* dona fluen*ti*.

Caesurae semiquinariae cum exitu versus concinenti similis syllaba extrema primi verbi accedit, velut:

II 10 Coep*it* origo, per*it* clademque a semine sumps*it*
72 Agn*us* et angelic*us* cecinit miracula coet*us*
161 Gurgit*is* et propri*is* sacrauit flumina membr*is*
V 386 Agnit*us* hinc poti*us*, quod sit dubitantis amic*us*.

Item particula *que* inserta:

III 207 C*um*que dehinc popul*um* sese in deserta secut*um*
257 D*um*que medens aegr*um* refouet uirtute tumult*um*.

Item cum simili syllaba extrema verbi soluta in priore hemistichio posita:

---

[63]) HUEMER, *De SEDULII vita et scriptis*, p. 117: „Fortasse etiam versus 197 l. II. non integer est“.

V 289 Haec sunt quipp*e* sac*rae* pro religionis hono*re*
300 Ter redeunt*e* di*e*, sicut praedixerat ips*e*.

Quod simili ratione fit syllabis verborum extremis consonis in posteriore hemistichio positis:

I 45 Labruscam placid*is* quid adhuc praeponit*is* uu*is*
III 188 Sicut semper ag*it*, nil toll*it* et omnia redd*it*
IV 45 Ecce autem medi*is* adstans sublim*is* in aru*is*
148 In chaos infer*nae* lapsus penetral*e* gehen*nae*
189 Coeperat inter*ea* Dominus Galil*aea* per aru*a*
231 Dignus erit, Domin*i* nis*i* mersus gurgite Christ*i*
V 192 Occiduo sac*rae* lambuntur sid*ere* plant*ae*
232 Interea horrend*ae* subito uen*ere* teneb*rae*
258 Sicut in horrend*um* *cum* conuertuntur acet*um*.

Haud raro poeta versibus leoninis alias extremas verborum syllabas inter se consonantes inserit, ex. gr. caesuram semiternariam cum alia syllaba verbi extrema concordantem:

I 170 Heli*am* coru*i* quond*am* pauere ministr*i*
335 Sp*esque* fid*esque* me*um* comitantur in ardua gress*um*
II 204 Inpiger *e* summ*o* dilapsus laber*e* tect*o*
III 321 Caelest*is* regn*i* qu*is* possit maior haber*i*.

Item tamen particula *que* in caesura semiquinaria posita:

V 236 Delitu*it* trist*em*que infec*it* luctibus orb*em*.

Pari modo caesura semiseptenaria cum aliis syllabis verborum extremis concentum servans caesurae semiquinariae cum exitu versus consonanti adiungitur:

I 175 Ablu*it* in terr*is* quidqu*id* deliqu*it* in und*is*
350 Quem mag*is* offend*it* quisqu*is* sperando tepesc*it*
II 126 Orb*a* super gelid*um* frust*ra* premit ube*ra* nat*um*
189 *Me* tribuente fe*res*, si *me* prostratus ado*res*
190 Qu*antum* peruers*us*, t*antum* peruersa locut*us*
202 Et statuens alt*i* supr*a* fastigi*a* templ*i*
III 211 Carn*is* opima ded*it*, gemin*is* modo piscibus aux*it*
IV 135 Mortuus adsurg*it*, resid*ensque* loqu*ensque* reuix*it*
V 88 In D*ominum*, uan*is* h*ominum* conflata fauill*is*
160 Debueras s*acrum*ueni*ae* sperar*e* lau*acrum*
161 Corrip*is* insont*em*, sist*is* sub praeside reg*em*.

Item cum elisione similis syllabae extremae ante caesuram semiseptenariam:

II 92 Duxit adora*ntes* sacr*a* ad cunabul*a* ge*ntes*
287 Ire per angus*tam* regn*a* ad caelesti*a* por*tam*.

Altera syllaba consona in caesura semiternaria accedit, sed elisione depressa:

V 255 Penicul*o* infus*um* calam*o* porrexit acet*um*.

Item cum repetitione eorundem verborum similiter desinentium:

V 389 *Non uult* agnosc*i*, *non uult* sua facta requir*i*.

Non raro quoque poeta praeter similitudinem caesurae semiquinariae et exitus versus caesuram bucolicam cum alia extrema verbi syllaba consonantem facit:

I 49 Parcite puluere*i* squalenti*a* iuger*a* camp*i*
79 Pand*e* salutar*em* paucos qu*ae* ducit in urb*em*
104 Mult*a* per innumer*os* iam saecul*a* contigit ann*os*
172 Deditus atque auid*o* saturans cau*a* guttur*a* rostr*o*
230 Suspens*is* rapid*as* element*is* distulit hor*as*
302 Conru*it* et tetr*i* mersus pet*it* ima profund*i*
353 Caeli*tus*, human*am* digna*tus* sumere form*am*
359 Quatuor hi procer*es* una t*e* uoc*e* canent*es*
II 86 N*e* tamen insan*o* careant tu*a* nomin*a* fact*o*
134 Ast ubi b*is* se*nos* aetat*is* contigit an*nos*
166 Ergo ubi flumine*um* post mystic*a* don*a* lauacr*um*
295 Semita conspicu*os* uocat in su*a* gaudi*a* iust*os*
III 53 Vertitur et trepid*am* quatiunt uad*a* sals*a* carin*am*
71 Liquer*at* et medi*os* lustrab*at* passibus agr*os*
128 Laudat et egregi*ae* tribuit su*a* uot*a* rapin*ae*
129 Ventum erat ad maes*ti* lugenti*a* culmin*a* tec*ti*
168 S*um* bonus et propri*os* ad uict*um* largior agr*os*
218 Quae redit a cunct*is* non est dat*a* copi*a* mens*is*
IV 51 Aru*it* et sicc*is* permans*it* mortua ram*is*
V 68 Aut truculent*a* pi*o* lupus oscul*a* porrigit agn*o*
182 Protin*us* in patul*i* suspens*us* culmine lign*i*
206 *Par* est poen*a* tri*um*, sed dis*par* caus*a* duor*um*.

Item cum elisione syllabae in caesura bucolica positae:

I 205 Ardentis fide*i* restinct*a* est flamm*a* camin*i*.

Vel cum particula *que* caesurae semiquinariae inserta:

II 113 Molle pecus, trepid*ae*que uocant su*a* pigner*a* fet*ae*.

Semel quinta thesis, attenuata tamen, ut fieri solet, particula *que,* cum alia syllaba soluta consonans offertur:

II 278 Donec cuncta breu*em* reddam*us* ad*us*que quadrant*em*.

Syllabae verborum extremae solutae praeter caesuram semiquinariam cum exitu versus consonantes videntur tam in priore hemistichio:

I 366 Gaudi*a* long*a* met*am*: n*am* qui deflemus in Ad*am*;

quam in posteriore hemistichio:

I 132 Mitis in inmit*em* uirg*a* est animat*a* dracon*em*
V 217 Alt*er* adorat*o* p*er* uerb*a* precanti*a* Christ*o* [64])
438 Sufficeret dens*os* per tant*a* uolumin*a* libr*os*.

Propter singularem syllabas verborum extremas consonas disponendi rationem dignus est memoratu hic versus:

II 89 Erg*o* alacr*es* summ*o* servant*es* lumina cael*o*.

SEDULIUS syllabas verborum extremas inter se concinentes saepius non uno continet versu, sed eadem syllaba extrema duos, immo plures versus connectit, quorum formas omnibus partibus aequales et congruentes supra iam attulimus[65]). Restant ergo formae eorum incompositae. Sic exitus hemistichii primi, secundi, tertii inter se consonant:

I 22 Plurima Nilia*cis* tradant mendacia bibl*is*:
Cur ego, Dauiti*cis* adsuetus cantibus odas
72 Sanguinis infus*um* depellis ab angue uene*num*
Qui genus huma*num* praeter quos clauserat arca
II 272 Nectimur alter*ius* si soluere uincla negem*us*
Incipietque p*ius* decies millena talenta
IV 106 Tu quoque uirtut*is* sensisti munus eri*lis*
Procumbens ocu*lis*, cuius in lumine Christus
179 Turgida perflat*um* macies tenuauerat aegr*um*,
Inque uteri spati*um* totus conuenerat hydrops
303 In solido mol*les* subiecit tramite uest*es*.
Dicite, genti*les* populi, cui gloria regi
V 376 Cum foribus claus*is* resideret turba fidel*is*,
Pace salutant*is* sese intulit atque foratas
436 Nam si cuncta sac*ris* uoluissent tradere chart*is*
Facta redempt*oris*, nec totus cingere mundus.

Interdum poeta quartam syllabam extremam similem assonante supplet, velut:

I 45 Labruscam placid*is* quid adhuc praeponitis uu*is*
Neglectisque ros*is* saliuncam sumitis agr*i*?
212 Nec minus et Dari*i* furuerunt iussa tyrann*i*,
Ecce enim sceler*i* scelus addidit ira furent*is* [66])

---

[64]) Carl WEYMAN, *SEDULIUS und der „gute Schächer“*, vide *Vermischte Bemerkungen*, p. 186. — Idem, *Beiträge*, p. 128.

[65]) Cf. p. 52 nostrae commentationis.

[66]) V. 213 dubium esse conicit HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 31.

II 102 Per somnum moni*ti* contemnere iussa tyrann*i*
Per loca muta*ti* gradientes deuia call*is*
173 Quod Pater et Na*tus*, quod Spiritus est ibi sanc*tus*,
Quo manet indign*us* qui non numerauerit un*um*
V 420 Finibus e cunct*is*, latus qua tenditur orb*is*,
Iussis mando me*is* omnesque in fronte lauar*i*.

Hemistichia primum, tertium, quartum, secundo omisso, similiter desinunt sequentibus versibus:

I 288 Hic est ille lap*is*, reprobum quem uertice gestat
Angulus atque ocul*is* praebet miracula nostr*is*
IV 172 Post Pharisaeor*um* cuiusdam principis intrat
Clarificare dom*um*, non escam sumere tant*um*
V 216 Ore uenenos*o* uitem lacerabat amoenam:
Alter adora*to* per uerba precantia Chris*to*.

Item syllaba extrema secundi hemistichii syllaba assonante completa:

II 33 Sub dicione nec*is*, Christo nascente renasc*i*
Possit homo et ueter*is* maculam deponere carn*is*.

Reliquum est, ut primum tantum hemistichium syllaba extrema consona careat, velut:

II 78 Hoc stellam radiare nouam, ferus arbiter aul*ae*
Aestuat Hebre*ae* ratus hunc succedere poss*e*
III 212 Sufficiens tunc manna pluit, modo panibus ampl*um*
Quinque dedit uict*um* per milia quinque uiror*um*
V 114 Flagitium uisura nouum, tenebrisque remo*tis*
Pandebant popul*is* Iudaeae crimina gen*tis*
259 A mensis proiecta iacent: ita tempore prisc*o*
Gens accepta De*o*, nunc est odiosa propag*o*
377 Pace salutantis sese intulit atque forat*as*
Expediens pal*mas* nudat latus, ast ibi Tho*mas*
402 His rebus constare fidem, quippe est aqua pisc*is*,
Christus adest pa*nis*, sanctusque Spiritus ig*nis*.

Prima syllaba extrema consona assonante expletur:

II 35 Haec uentura sen*es* posquam dixere prophe*tae*,
Angelus intac*tae* cecinit properata Mari*ae*
III 203 Membra leuat mess*es*, caelumque ac sidera tand*em*
Cernit et ardent*em* solis reminiscitur orb*em*.

Accidit quoque, ut syllaba extrema ante caesuram semiquinariam versus prioris versu posteriore exeunte demum reperatur, velut:

V 158 Crimina indici*o*, uigili si mente notares
Non solas lauisse manus, sed corpore tot*o*.

Idem exitu versus prioris assonante:

V 93 Postquam nulla dol*is* patuit uia, brachia toll*i*
Armat in insontem saeuus furor, heu mihi quant*is*
140 Staret, ut ad iugul*um* ductus mitissimus agn*us*,
Nil inimica cohors insontis sanguine dign*um*
186 Suppliciumque ded*it* signum magis esse salut*is*,
Ipsaque sanctificans in se tormenta beau*it*.

Quibus etiam tertium hemistichium extrema syllaba assonante accedit:

V 6 Exclamansque pal*am*'pater istac memet ab hor*a*
Saluifica, sed in h*a*nc ideo ueni tamen hor*am*.

SEDULIUS exitum versus hexametri cum caesura semiquinaria versus subsequentis concinere facit, quod usque adhuc a philologis SEDULIANIS syllabas verborum extremas inter se consonantes tractantibus omnino non respiciebatur:

I 33 Aequus honor, uirtus eadem, sine tempore regn*um*,
Semper principi*um*, sceptrum iuge, gloria consors
36 Haec firmos ad dona gradus paschalia duc*it*.
Haec mihi carmen er*it*: mentes huc uertite cuncti
100 Centenosque sonos humanum pectus anhel*et*,
Cuncta quis expedi*et*, quorum nec lucida caeli
215 Ieiunis cibus esse feris, sed belua iust*o*
Mitis facta uir*o*, sanctos ne laederet artus
II 55 Peccato dominante iugum, seruilia summ*us*
Membra tulit Domin*us*, primique ab origine mundi
60 Terrarum non omne solum, spatiosaque lat*i*
Non capit aula pol*i*, puerili in corpore plenus
98 Hunc numerum confessa fides, et tempora summ*us*
Cernens cuncta De*us*, praesentia, prisca, futura
127 Quis tibi tunc, lanio, cernenti talia sens*us*?
Quosue dabas fremit*us*, cum uulnera late
194 Terra pedum locus est, quem nullus cernit et omn*is*
Laudat in excels*is* submissa uoce potestas
224 Discipulos iubet esse suos talesque supern*ae*
Conciliat uit*ae*, quos non uentosa loquendi
289 Sectarique bonum: hic quia liberat, ille trucid*at*;
Hic alit, ille nec*at*, nam quantum sidera terris
298 Ergo agnis ouibusque Dei est haec sola uolun*tas*
Et bona liber*tas*: euadere torua cruenti
III 61 Auxilio succurre pio, nil uota morat*us*,
Exurgens Domin*us* ualidis mitescere uentis
153 Multiplici languore miser, qui uoce relict*us*,
Auditu uacu*us*, solo per inania membra
161 Sed domus Israhel (quia necdum nomine gent*es*
Auxerat hoc omn*es*), caelorum dicite regnum

III 243 Anxia pro natae uitio, quam spiritus atr*is*
Vexabat stimul*is*, mulier Chananaea rogabat
287 Vt maior sit nostra fides: hunc esse per orb*em*
Principium ac fin*em*, hunc α uiderier, hunc ω
314 Non dedignatus Petro piscante tribut*um*
Soluere Caesare*um*, medii de gurgite ponti
326 Paruulus (et monstrat puerum consistere paru*um*);
Scilicet ingeni*um* teneri sectemur ut aeui
IV 95 Cum pompis sociisque suis omnique nefand*ae*
Agmine militi*ae*, Christum, quem nouerat illic
129 Pluribus exsequiis et inani funere pass*um*
Triste ministeri*um*, cuius sors inuida matrem
239 Cum damnare parat, plus liberat; omnibus ill*is*
Nam simul e turb*is* proprie sine crimine nullus
244 Ex oculo alterius, proprio qui lumine grand*em*
Sciret inesse trab*em*, profugus sic ille recessit
V 17 Audito responsa daret? sed ab ore Tonan*tis*
Natum agnoscen*tis*, populus quo crederet adstans
55 Aut male fusus humo confestim munere luc*is*
Perderet ut pulu*is*, quem uentus proicit ingens
94 Armat in insontem saeuus furor, heu mihi quant*is*
Inpedior lacrim*is* rabidum memorare tumultum
101 Namque per hos colaphos caput est sanabile nostr*um*,
Haec sputa per Domin*um* nostram lauere figuram
121 Nullus ubi timor est? aut quae confessio tetr*o*
Lucet in infern*o*, cum iam demersa securis
135 Ostendit populis, quanto de culmine laps*us*
Pridem discipul*us* qui nunc reus, alta relinquens
153 Quid dubitatis adhuc? en sectus terga flagell*is*,
Subditus obprobri*is*, poenas amplectitur omnes
157 Heu facinus, Pilate, tuum! quod gesseris un*o*
Crimina iudici*o*, uigili si mente notares
184 Pax crucis ipse fuit, uiolentaque robora membr*is*
Inlustrans propri*is* poenam uestiuit honore
190 Quattuor inde plagas quadrati colligat orb*is*.
Splendidus auctor*is* de uertice fulget Eous
202 Quin etiam insonti latere ex utroque cruent*os*
Constituere uir*os*, meritum licet omnibus unum
209 Suppliciisque tamen rerum dominator in ips*is*
Iura potestat*is* non perdidit: aequus utrumque
214 In Dominum scelerata mouens conuicia dict*is*
Mordebat propri*is* et tamquam setiger hircus
234 Exequiis texere diem; sol nube corusc*os*
Abscondens radi*os*, tetro uelatus amictu
238 Auxiliis orbata patris, laetata per ort*um*,
Maesta per occas*um*, nam lux ut tempore fulsit
267 Diuisa conpage petrae, rediuiua iacent*um*
Corpora sanctor*um* fractis abiere sepulchris

V 277 Mors stimulus horrenda tuus, quae semper opim*is*
Insaturata mal*is* cunctas inuadere gentes
284 Et uenia regnante peris, iam spiritus art*us*
Liquerat ad temp*us*, patulo iam frigida ligno
329 Qui gemina specie terrorem et gaudia port*ans*
Cunctaque dispens*ans*, custodibus igne minaci
348 Mentita est uox uana tibi, tamen ista figur*am*
Res habet egregi*am*: Iudaeis constat ademptum
366 Agnitus enituit, quia uerus panis apert*is*
Semper adest ocul*is*, fidei quos gratia claros
382 Qui numquam subtractus erat. Tunc limine claus*o*
Constitit in medi*o*, non indignatus apertum
432 Sidereasque uias alacri sub corde report*ant*,
Quas cunctos doce*ant*: testes nam iure fideles.

Quod etiam fit repetitione eiusdem verbi:

III 177 Sed Domino tradente gerit, sub nomine *puro*
Suscipiet, *puro* dispenset munere, possit [67]).

Item particula *que* similem ante caesuram semiquinariam syllabam verbi extremam attenuante:

III 262 Qua flexus pietate Deus, qui semper egen*tum*
Panis adest uic*tum*que locis sine frugibus infert.

Accedit exitus primi hemistichii assonans:

II 276 Tradere confest*im* tortoribus, inque feroc*i*
Carcere constrict*i* non permittemur abire.

Saepius extrema syllaba quarti hemistichii assonat:

I 142 Ingrediens populus rude iam baptisma gereb*at*,
Cui dux Christus er*at*, clamat nam lectio: mult*as*
153 Qua nimium loca sicca, diu qua terra negat*is*
Aegra iacebat aqu*is*, qua spes ablata bibend*i*
270 Hac ratione regunt, si caesa securibus ac*tis*
Ardua penden*tis* sustentent culmina tect*i*
II 123 Haec laceros crines nudato uertice rup*it*,
Illa genas secu*it*, nudum ferit altera pugn*is*
175 Inde quater denis iam noctibus atque die*bus*
Ieiunum dapi*bus*, sacro Spiramine plen*um*
III 196 Tunc Dominus mundi, lux nostra et sermo parent*is*,
Sordibus exclus*is* oculos atque ora nouau*it*
260 Nutribat geminanda fames si saucia call*em*
Turba per ingent*em* dapibus ieiuna redir*et*
316 Hamum ferre iubet gerolum didragmatis aure*i*.
Incola mox pelag*i* pendentia fila momord*it*
IV 76 Vtere pace mea. Magna est medicina fater*i*
Quod nocet abscond*i*, quoniam sua uulnera nutr*it*

---

[67]) Quos versus dubios esse putat HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 77.

IV 116 Retia dimitti piscantia, quae nihil omn*em*
Claudere per noct*em* uacuo potuere labor*e*
V 107 Ipsius ex sociis semel ac bis terque negau*it*.
Et gallus cecin*it*; conpleta est sanctio Christ*i*
335 Deserta statione fugax testisque timor*is*
Vera refert grat*is*; postquam data munera, fall*it*
398 Dextra parte manens concluditur ac simul uln*is*
Fertur apostolic*is* Domini ad uestigia Christ*i*.

Eadem syllaba verbi extrema quater repetitur, in secundo tamen versu hexametro caesurae semiseptenariae adiuncta:

II 49 Quis fuit ille nitor, Mariae cum Christus ab al*uo*
Processit splendore no*uo*? uelut ipse decor*o*
Sponsus ouans thalam*o*, forma speciosus amoena.

Quales versuum series mutatis tamen syllabis verborum extremis consonis inveniuntur binae, velut:

I 283 Nitentes firmare gradus; properemus in urb*em*,
Libertatis op*em*, radians ubi regia fulu*is*
Emicat aula thol*is*, ubi dantur digna petent*i*
III 309 Peruasa migrare domo conpulsus, in ir*am*
Tollitur accens*am* correptaque carpere memb*ra*
Nititur et frust*ra* Domino prohibente labor*a*ns
V 144 Nec mirum si iura Dei gens perfida uit*et*
Imperiumque neg*et*, lucos quae semper amau*it*,
Idola dilex*it*; simili nam more furentes.

Quin etiam trina series nobis occurrit:

IV 277 Exanimosque artus illa pro parte doleb*at*,
Qua moriturus er*at*; lacrimis impleuit amic*um*,
Maiestate De*um*. Quid credere, Martha, morar*is*?
Quidue, Maria, gem*is*? Christum dubitatis, an un*um*.

In aliis versibus hexametris solae caesurae semiquinariae inter se concentum servant, velut:

II 273 Incipietque pi*us* decies millena talenta
Dimittens Domin*us*, si nos adfligere propter
III 291 Sidereoque son*o* 'meus est hic filius' aiens
Ostendit uerb*o* genitum uox patria Christum
IV 266 Portantes long*o* natas errore tenebras.
Sed dignante De*o* mortalem sumere formam
V 84 Ille sacerdot*um* fuerat tunc denique princeps
Et princeps sceler*um*; namque hoc residente cathedra
116 Mox igitur Domin*um* Pilati ad moenia duci
Nexibus adstrict*um* Iudas ut uidit iniquus
134 Exitus hic mort*is* tamen et sublime cadauer
Ostendit popul*is*, quanto de culmine lapsus

V 165 Militibus, uil*em* rubri sub tegmine cocci
Vestitur clamid*em*, species ut cuncta cruenta
359 Haec est conspicu*o* radians in honore Mariae,
Quae cum clarific*o* semper sit nomine mater.

Quibus syllaba extrema assonans exitu prioris versus accedit:

V 120 Quidnam etenim prode*est*, illic trepidare timor*e*,
Nullus ubi timor *est*? aut quae confessio tetro.

Syllabam extremam consonam in exitu versus primi positam duae sequuntur aliae caesurarum semiquinariarum:

II 291 Ignis aquis, lumen tenebris, concordia bel*lis*,
Vita sepultur*is* tantum bona longius absunt (cf. p. 34 n. 31)
Dissociata ma*lis*, dextrum quicumque necesse est.

Tres caesurae semiquinariae concentum inter se servantes occurrunt nobis versibus sequentibus:

IV 184 Condita sunt homin*em*, non est homo sabbata propter.
Tunc pius ument*em* siccata corporis unda
Iussit abire lu*em*: fluuidus mox uiscera morbus.

Accedunt denique syllabae verborum extremae consonae variae positionis, velut caesura semiquinaria et exitus versus cum caesura semiternaria subsequentis versus consonantes:

I 20 Saeua nefanda*rum* renouent contagia r*erum*
Et scel*erum* monumenta canant, rituque magistro
113 Edidit et ser*um* suspendit ad ubera nat*um*.
Mactand*um*que Deo pater obtulit, at sacer ipsam.
II 13 Progeniemque sen*um* decimam spectare nepot*um*
Iamque su*um* nescire genus: cum uicta supremis
53 Blandior in labi*is* diffusa est gratia pulchr*is*.
O facil*is* pietas! ne nos seruile teneret
295 Semita conspicu*os* uocat in sua gaudia iust*os*
Inque tu*os*, patriarcha, sinus: at laeua malorum
III 294 Texit adorat*am* carnis uelamine form*am*,
Seque pal*am* Dominus populis dedit: ecce repente.

Quod idem fit caesura semiseptenaria loco semiternariae syllabam verborum extremam consonam obtinente:

I 228 Manna pluit, sax*o* latices produxit ab im*o*,
Quadrupedem fari plan*o* sermone coegit
II 82 Sicut ador*andum*, quem tractat fraude nec*andum*.
Quid furis Herodes? Christ*um* sermone fateris
III 50 Iam procul a ter*ris* fuerat ratis actaque flab*ris*
Sulcabat medium pupp*is* secura profundum
211 Carnis opima ded*it*, geminis modo piscibus aux*it*;
Sufficiens tunc manna plu*it*, modo panibus amplum

V 306 Qui totiens im*is* animas produxit ab umbr*is*,
Posse suam reuocare mag*is*: peioribus aptos.

Item utraque caesura posterioris versus hexametri consonante:

I 85 Te duce difficil*is* non est uia; subditur omn*is*
Imperi*is* natura tu*is*, rituque soluto
V 395 Pendula fluctiuag*am* traxerunt retia praed*am*,
Per typic*am* noscenda ui*am*: nam retia dignis.

Ad extremum enumeranda est longior series syllabarum verborum extremarum assonantium, ex quibus, ne ad arbitrium agamus, non elegimus nisi eas, quae iisdem vocalibus nituntur et in caesuris atque in exitu versuum positae sunt. Cuius modi caesurae semiquinariae cum exitu versuum assonantes habemus sequentibus versibus:

I 103 Primus abusque cha*o* meritis uiuacibus En*o*ch
127 Ignibus innocu*is* flagrans apparuit ol*im*
135 Sorbuit et propri*i* redit in uirgulta rigor*is*
191 Mortis ab occas*u* uitam conuertit in ort*um*
213 Ecce etenim sceler*i* scelus addidit ira furent*is* [68])
305 Demens, perpetu*i* qui non imitanda parent*is*
332 Alter amat flet*us*, alter crispare cachinn*um*
354 Sic aliena ger*e*ns, ut nec tua linquere poss*e*s
II 33 Sub dicione nec*is*, Christo nascente renasc*i*
49 Quis fuit ille nit*o*r, Mariae cum Christo ab alu*o*
63 Salue, sancta par*e*ns, enixa puerpera reg*e*m [69])
67 Gaudia matris hab*e*ns cum uirginitatis honor*e*
103 Per loca mutat*i* gradientes deuia call*is*
130 Misceri ante ocul*o*s tantis plangoribus aequ*o*r?
140 Nouit habere mor*a*s? usus maiore iuuent*a*
143 Hunc Baptista pot*e*ns ut uidit ab amne Iohann*e*s
174 Quo manet indign*u*s qui non numerauerit un*u*m
184 Voce prius homin*e*m non solo uiuere pan*e*
193 Pronus adorar*e*t, cuius super aethera sed*e*s
205 Nam scriptura doc*e*t de te mandasse Tonant*e*m
228 Mente nitor cael*o* faciat de plebe propinqu*o*s
249 Adueniat regn*u*m iam iamque scilicet ill*u*d
256 Illius ut fi*a*t caelo terraque uolunt*a*s
276 Tradere confest*i*m tortoribus, inque feroc*i*
281 Deserit, ire sin*i*t. nam quisquis retia mund*i*
III 24 Oppida, rura, cas*a*s, uicos, castella peragr*a*ns
120 Ast ubi credent*i*s iam sano in pectore coep*i*t

---

[68]) Qui versus HUEMERO, *SEDULII opera omnia* p. 31, dubius esse videtur.

[69]) WEYMAN, *Der Preis der Gottesmutter bei SEDULIUS, Vermischte Bemerkungen* p. 183. — Idem, *Beiträge* p. 121.

III 123 Posteriusque lat*e*ns subitam furata salut*e*m
143 Inde pedem refer*e*ns duo conspicit ecce sequent*e*s
196 Tunc Dominus mund*i*, lux nostra et sermo parent*i*s
198 Verbaque per uerb*u*m, per lumen lumina surg*u*nt
208 Vt typicus Moys*e*s uerusque propheta uider*e*t
231 Doctus habere fid*e*m Christumque agnoscere semp*e*r
240 Quam pretiosa fu*i*t quae numquam uendita uest*i*s
251 Alta dehinc subi*e*ns montis iuga plebe sequent*e*
266 Sexus et aetat*i*s saturauit quattuor ill*i*c
282 Candida forma niu*i*s Domini de tegmine fuls*i*t
289 Quem medium tal*e*s circumfulsere prophet*ae*
301 Opprimat, atque anim*a*m dubia sub morte fatig*a*t
317 Incola mox pelag*i* pendentia fila momord*i*t
319 Vilis honor pisc*i*s pretio maiore pepend*i*t
330 Nec resupina tum*e*t: sic purae semita uit*ae*
IV 11 Fertilitate tum*e*ns tenuem non posset adir*e*
37 Euigilare iub*e*t, quae somnus presserat ing*e*ns
39 Ingrediente di*e* fecit discedere noct*e*m
56 Multiplicandus ad*e*st et uertice sidera tang*e*t
105 Audirique loqu*e*ns meruitque audire loquent*e*s
124 Quodque Deo facil*e* *e*st homines optare nec aud*e*nt
158 Omnia uirtut*i*s sensu calcate fidel*i*
163 Ius est quippe De*i* uitam praeponere fact*i*s
178 Adcrescente sin*u*, miseroque infusa per art*u*s
200 Esse nihil ses*e* pariter speculantur et omn*e*s
204 Sternitur ad terr*a*m Dominum uirtutis ador*a*ns
208 Ordine Melchised*e*ch, cui dantur munera semp*e*r
210 Cum residente caec*u*s Timei filius ill*u*d
257 Inliniens homin*e*m ueteri de semine suppl*e*t
285 Tartara dissili*u*nt, herebi patuere recess*u*s
290 Ipse sibi mori*e*ns et postumus extat et haer*e*s
V 2 Coeperat esse di*e*s, Domini cum gloria uell*e*t
9 Vox resonans uen*i*t per nubila: clarificau*i*
31 Sordibus interi*u*s foedoque cadauere plen*u*m
35 Sanguinis ille su*i* postquam duo munera sanx*i*t
38 Protinus in Iud*a*m, sedes ubi liuor habeb*a*t
93 Postquam nulla dol*i*s patuit uia, brachia toll*i*
113 Iamque dies ader*a*t, nocturna mestior umbr*a*
130 Ausa redemptor*e*m, nodatis faucibus ang*e*ns
142 Repperiens, reg*e*m quod se rex dixerit ess*e*
168 Nexa corona cap*u*t, quoniam spineta benign*u*s
174 Et sumpturus it*e*m, nil iam ut mutabile ferr*e*t
184 Pax crucis ipse fu*i*t, uiolentaque robora membr*i*s
193 Arcton dextra ten*e*t, medium laeua erigit ax*e*m
196 Scribitur et titul*u*s: Hic est rex Iudaeor*u*m
199 Hoc docet una fid*e*s unum ter dicere reg*e*m
201 Intemerata man*e*ns a Christo scisma uetar*e*t
212 Amborum merit*a* praecelso examine pens*a*ns

V 218 Saucia deiect*us* flectebat lumina, tant*um*
221 Colligit errant*em* secumque abducere gaud*et*
228 Adgressi facin*us* uiolentum grande patrar*u*nt
230 Illic profunda sequ*e*ns pen*e*trauit claustra gehenn*ae*
240 Nascentis Domin*i*, sic hoc moriente recess*it*
249 Auctoremque sequ*e*ns per tartara mundus abir*et*
274 Iam reseranda doc*e*ns, quia le*x* uelamine Moys*e*
293 Quod seruare De*us* nos annuat inmaculat*um*
301 Quo stimulante met*u* uigilum munimina posc*u*nt
314 Explorare fid*e*m, cui non uis credulus ess*e*?
364 Aduenientis it*er*, haec sit redeuntis et ind*ex*
375 Plebis apostatic*ae*, Dominum quae caeca negass*et*
416 Inde sequenda doc*e*ns, Pac*e*m omnes, inquit, habet*e*
421 Iussis mando me*i*s omnesque in fonte lauar*i*.

Quod etiam per duos continuos versus hexametros fit iisdem vocalibus servatis:

V 26 Nec Iudam exciper*e*t, quem proditionis iniqu*ae*
Nouerat aucto*re*m. sed nil tibi gloria saeu*e*.

Vel vocalibus assonantibus mutatis unoquoque versu:

IV 93 Olim quippe fer*o*x, et nigrae mortis amat*o*r
Ille nocens angu*i*s, deiectus culmine cael*i*.

Quin etiam tribus versibus continuis:

V 5 Lucis ab infern*i*s releuans ad sidera du*xi*t.
Exclamansque pal*a*m'pater istac memet ab hor*a*
Saluifica, sed in h*a*nc ideo ueni tamen hor*a*m.

Ex quibus efficitur numerum versuum hexametrorum, qui leonini proprie vocantur, quorum scilicet caesura semiquinaria cum exitu versus consonat, in SEDULII poemate, quod *Carmen Paschale* inscribitur, multo maiorem esse quam adhuc usque a philologis SEDULIANAS verborum syllabas extremas inter se concentum servantes perscrutantibus existimabatur. HUEMER enim numerum eorum 407 computavit [70]), MANITIUS autem in omnibus SEDULII carminibus dactylicis 417 [71]), dum ex nostra computatione in ipso poemate, cui titulus est *Carmen Paschale,* numerum leoninorum 671 esse patet, quod pro 1753 versibus totius poematis plus quam tertiam partem omnium versuum facit. Propter quam frequen-

70) *De SEDULII vita et scriptis* p. 117: in lib. I 99, II 74, III 87, IV 68, V 79.

71) *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 311 annot 1.

tiam EICHNER syllabas verborum extremas simili sono caesuras semiquinarias cum exitu versuum iungentes ad ipsam caesuram maiorem definiendam valde aptas putat [72]), et HUEMER, ut supra vidimus, iisdem ad versus dubios emendandos utitur [73]). Quae cum ita sint, haud difficile iam cognoscitur, quanta sit SEDULII auctoritas respectu incrementorum versuum leoninorum, quos praecipuos atque acceptissimos mediae aetatis artis poeticae versus esse quis est, qui nesciat?

Locum caesurae semiquinariae in arte poetica Latina proximum incisio semiseptenaria tenet [74]), quam SEDULIUS aeque saepe cum exitu versus vel aliis caesuris consonare facit. Haud raro inprimis caesura memorata cum exitu versus hexametri concordat, velut:

I 38 Hanc constanter opem laes*is* adhibete medull*is*
57 Laetificata seges spin*is* mundatur adempt*is*
80 Angusto mihi calle ui*am* uerbique lucern*am*
90 Vernali sub sole uel*is*, florentibus aru*is*
120 Humana pro gente pi*us* occumberet agn*us*
147 Vt doctrina sequens plan*is* incederet aru*is*
150 Nectaris aeria popul*um* dulcedine past*um*
223 Fecundauit anum, sac*ram* praecepit ad *aram*
30 Factur*am* seruir*e* su*am*, cui iur*e* perenni
111 In part*um* tumuer*e* nou*um* tremebundaqu*e* mater
149 Angelic*os* sumpsiss*e* cib*os*, nimbisqu*e* superni
253 Offici*um*, non ess*e* De*um*, quique ordin*e* certo
260 Hic latic*em* colit, ill*e* lar*em*, sed iunger*e* sacris
II 60 Terrar*um* non omn*e* sol*um*, spatiosaqu*e* lati
74 Eo*i* uener*e* mag*i* saeuumqu*e* tyrannum
91 Optat*am* tenuer*e* ui*am*, quae leg*e* futura
207 Ad lapi*dem* ne fort*e* pe*dem* conlider*e* possis
209 Mens tenebr*is* obscur*a* su*is*! hunc ardu*a* templi
III 83 Pro merit*is* petier*e* su*is* tristesqu*e* phalanges

III 144 Caecat*os* clamar*e* uir*os*: fili inclit*e* Dauid
223 Vndos*um* petier*e* sal*um*, fluctuqu*e* tumenti
IV 155 Sanguine*os* properar*e* lup*os*' adsumit*e*' dicens
V 21 Paschal*es* ex mor*e* dap*es* humilemqu*e* magistrum
222 In camp*os*, paradis*e*, tu*os*, ubi flor*e* perenni
233 Et tot*um* tenuer*e* pol*um* maestisqu*e* nigrantem
406 Alloqui*is* de mor*e* pi*is*, mensamqu*e* petentes
408 Et Christ*um* senser*e* su*um*. modicoqu*e* paratu.

Item cum alia syllaba extrema verbi consona soluta:

I 171 Praebent*es* sin*e* mor*e* dap*es*, alesqu*e* rapinis.

Quae compositio syllabarum similium etiam cum elisione syllabae consonae in caesura semiternaria positae fieri potest:

III 147 Quam san*um* est cognoss*e* De*um*! iam cord*e* uidebant.

Similiter exitu versus hexametri concentum servante:

I 53 Tartare*o* damna*ta* cib*o*: sed amoen*a* uirec*ta*
II 224 Discipul*os* iubet ess*e* su*os* talesqu*e* supern*ae*.

Item syllaba extrema simili verbi paenultimi deficiente:

I 116 O iust*i* mens sanc*ta* uir*i*! pietate remo*ta*
160 Angelic*is* tremefact*a* min*is* adfatur asell*a*
365 Ad uit*am* properab*o* nou*am* lacrimasque serend*o*
II 78 Hoc stell*am* radiar*e* nou*am*, ferus arbiter aul*ae*
III 232 In medi*as* discend*it* aqu*as*, quem dextra leuau*it*
283 O merit*um* sublim*e* tri*um*, quibus illa uider*e*.

Item fit elisione caesurae post tertiam arsin admissa:

II 221 Human*as* piscar*i* anim*as*, quae lubrica mund*i*
239 German*um* tractar*e* odi*um*, sed spiritus ign*e*.

Vel etiam verbo primo versus ante caesuram post tertium trochaeum repetito:

III 303 *Redde* mih*i* uel *redde* sib*i*, ne caeca potestas.

Eadem caesura cum extrema syllaba alius verbi consonans invenitur:

I 282 Nunc coept*am* iuvat ir*e* ui*am* montemqu*e* per altum
V 238 Auxili*is* orb*ata* patr*is*, laet*ata* per ortum.

Eaque cum caesura bucolica concordat:

I 123 Ad poen*am* conuers*a* su*am*: qui*a* nemo retrorsum.

Syllabis extremis ante caesuras semiternariam et semiseptenariam concordia exitus versus cum extrema syllaba verbi paenultimi adicitur unico versu:

II 258 Vtque pol*o* sic pellat hum*o*, ne corpo*ra* nost*ra*.

Neque desunt caesurae semiquinariae et semiseptenariae, quas SEDULIUS in poemate suo haud raro iungit[92]), inter se consonantes, alterutra tamen syllaba extrema simili particula *que* vel elisione depressa:

I 143 Cui dux Christus er*at*, clam*at* nam lectio: multas
II 196 Christus ad haec: tant*um* Domin*um* scriptura Deumque
216 Quod temptare su*um* Domin*um*que Deumque nequiret
III 22 Praeteritum cern*it* quidqu*id* uult esse futurum
112 Adfer opem laps*am*que anim*am* per membra refunde
126 Senserat ista De*us*, cui*us* de fonte cucurrit
142 Aspiciunt uers*is*que mod*is* per gaudia plangunt
281 Vicerat ore di*em*, uest*em*que tuentibus ipsam
IV 76 Vtere pace me*a*. Magn*a* est medicina fateri
254 Conditor human*i* mund*i*que orientis origo
V 33 Prodidit auctor*em*, pan*em* cui tradidit ipse
170 Implet arundo man*um*, scept*rum* quia mobile terrae
204 Non faciat simil*is* quamu*is* sententia; namque.

Quibus syllaba extrema caesurae bucolicae tertia consona accedit:

IV 127 Et grege discipul*um*, mise*rum* *cum* comminus ecce.

Consonant quoque inter se caesurae semiquinaria et bucolica, quibus saepius aliae syllabae similes solutae adduntur:

I 84 Virgin*is* agnus ou*is* grexque om*nis* candidus intrat
III 193 Vir*us* in uni*us* progress*us* uiscera fudit
252 *Milia* caec*orum*, claud*orum* *milia* passim
IV 13 Ni genitor rer*um* qui mund*um* lege cohercet
216 Inportuna fid*es*! quidquid r*es* dura negarit
239 Cum damnare pa*rat*, plus lib*erat*; omnibus illis
V 107 Ipsius ex soci*is* semel ac b*is* terque negauit
136 Pridem discipul*us* qui nunc re*us*, alta relinquens
315 Coeperat intere*a* post tristi*a* sabbat*a* felix

Quod idem fit etiam exitu versus concinente:

III 119 Perdiderat propri*um* pariter *cum* sanguine cens*um*.

Aeque caesura post tertium trochaeum cum bucolica, praeter alias, inter se consonantes leguntur:

---

[92]) HUEMER, *De SEDULII poetae vita et scriptis* p. 116.

I 153 *Qua* nimium loc*a* sicc*a*, diu *qua* terr*a* negatis
II 66 Imperium s*ine* f*ine* manet; qu*ae* uentr*e* beato
91 Optatam tenuer*e* uiam, qu*ae* leg*e* futura
III 167 Seruandos conmitt*o* greges, eg*o* denique pastor
263 Panis adest uictumqu*e* locis sin*e* frugibus infert
IV 230 Aeternam positur*a* sitim, qu*a* nemo carere
V 245 Nec tellus sin*e* clad*e* fuit, qu*ae* talia cernens
259 A mensis proiec*ta* iacent: *ita* tempore prisco.

Quod idem de caesuris semiternaria et bucolica dicendum est:

II 14 Iamque su*um* nescire genus: c*um* uicta supremis
89 Ergo alacr*es* summo seruant*es* lumina caelo
134 Ast ubi b*is* senos aetat*is* contigit annos
IV 2 Iudae*ae* sectatus iter: s*ine* nom*ine* mixtum.

Perinde ac de caesuris semiternaria et post tertium trochaeum:

II 30 Sic Eu*ae* de stirp*e* sacra uenient*e* Maria
III 225 Aduers*us* nam flat*us* erat, tunc noctis opacae
IV 114 Et dict*is* iam fin*is* erat; tunc altius actam
V 313 Excubi*is* deperd*is* opus? quid niter*is* illam.

Itemque de caesuris post tertiam arsin et semiseptenaria inter se concentum syllabarum extremarum servantibus:

IV 273 Iam quarto sin*e* luc*e* di*e* claususqu*e* sepulchro
V 333 Angelica didicer*e* fid*e*, perterritus autem.

Similes denique sunt extremae syllabae caesurarum semiseptenariae atque bucolicae unico versu:

IV 240 Nam simul *e* turbis propri*e* s*ine* crim*ine* nullus.

Non ita raro syllaba extrema caesurae subsequenti demum versu hexametro resumitur, sic ex. gr. syllaba extrema caesurae semiquinariae prioris versus caesura semiternaria posterioris:

II 22 Quaeque Deo *similis* uiuens adstaret imago
Dis*similis* de morte foret, ueniale misertus
145 Senserat obstrus*o* iam tunc sermone prophetes
Vt mut*o* genitore fluens, cui munera linguae
III 126 Senserat ista De*us*, cuius de fonte cucurrit
Quod uirt*us* secreta dedit, furtumque fidele
130 Deflentemque do*mum*, moriens ubi uirgo iacebat
Extre*mum* sortita diem, trepidusque tumultus
258 Tertia lux ad*erat*, sterilique in cespite nullum
Contig*erat* plebs tanta cibum, nimiosque labores
323 Celsior est humil*is* cunctisque potentior ibit
Qui cunct*is* subiectus erit seseque minorem

IV 119 Linea claustra iac*it* tantumque inmanis apertos
Impleu*it* captura sinus, ut praeda redundans
167 Artifices sceler*um*, rebus qui semper iniquis
Diuin*um* simulastis opus. sic tempore Moysi
176 Plenus aquae grauid*am*que cutem suspenderat aluus,
Inclus*am* paritura necem; iam membra fluebant
V 319 Septima nam Genes*is* cum dicit sabbata, claret
Hunc orb*is* caput esse diem, quem gloria regis
369 Saepe dehinc propri*os* diuersi temporis horis
Discipul*os* manifestus adit uescentibus illis.

Quae syllaba extrema similis caesurae semiternariae post semiquinariam etiam duobus continuis versibus repetitur:

V 399 Fertur apostoli*cis* Domini ad uestigia Christi.
Nec pis*cis* prunaeque uacant et panis in uno
Discipul*is* inuenta loco. quisnam ambigat unam.

Syllabam extremam caesurae semiquinariae prioris versus hexametri similis syllaba extrema caesurae semiseptenariae posterioris sequitur:

I 248 Ast alii sol*em* caecatis mentibus acti
Adfirmant rerum esse pat*rem*, quia rite uidetur
III 95 Hunc ubi uirtut*um* Dominus conspexit egentem
Robore, peccatis prim*um* mundauit ademptis
III 141 Obstipuere anim*is*, inopinaque uota parentes
Aspiciunt uers*is*que mod*is* per gaudia plangunt
219 Iamque senescent*em* calidi sub caerula ponti
Oceano rapiente di*em*, cum pallor adesset
IV 5 Nil igitur summ*o* de se sperantibus umquam
Difficile est conferre De*o*, cui prona facultas
301 Qui patulo Christ*um* licet in praesepe iacentem
Agnouit tamen esse De*um*. plebs omnis adorans
V 346 Cum mora sit furt*is* contraria, cautius ergo
Cum Domino potuere mag*is* sua lintea tolli
433 Quas cunctos doce*ant*: testes nam iure fideles
Diuinae uirtutis er*ant*, qui plura uidentes.

Quibus exitus versus posterioris eadem syllaba extrema concordans accedit:

III 18 Concedens facil*i*: uiuit iam filius, inquit,
Perge, tuus. quantum imper*ii* fert iussio Christ*i*!
120 Ast ubi credent*is* iam sano in pectore coepit
Diues adesse fides, medi*is* inmersa cateru*is*.

Semel etiam caesurae semiquinaria atque semiseptenaria versus prioris simili syllaba extrema ac caesura post tertium trochaeum posterioris versus ornantur:

I 143 Cui dux Christus er*at*, clam*at* nam lectio: multas
Vox Domini super ext*at* aquas; uox denique uerbum est.

Syllaba extrema ante caesuram semiseptenariam syllaba consona ante caesuram semiternariam posterioris versus suppletur:

I 155 Viuendique fuit, subit*as* arente metallo
Hausit aqu*as*, sterilique latex de rupe manauit
192 Ionas puppe cadens, coet*o* sorbente uoratus
In pelag*o* non sensit aquas, uitale sepulchrum
264 Arboreis alius pon*it* radicibus aras
Institu*it*que dapes et ramos flebilis orat
II 180 In panis uertatur op*em*, miracula tamquam
Haec ead*em* non semper agat, qui saxea terrae
III 1 Prima suae Dominus thalam*is* dignatus adesse
Virtut*is* documenta dedit conuiuaque praesens
79 Spiritus infelix homin*em* non audet adire,
Effigi*em* reddit quam Christum cernit habere
158 Nec minus interea propri*os* iubet omnia posse
Discipul*os* totisque simul uirtutibus implens
295 Seque palam Dominus popu*lis* dedit: ecce repente
Vir humi*lis* maesto deiectus lumina uultu
IV 79 En polluta diu, modic*um* purgata recessit
Per gemit*um* propriique lauans in gurgite fletus
IV 168 Diuinum simulastis op*us*. sic tempore Moysi
Carminib*us* quidam uanae Memphitis in oris
V 307 Posse suam reuocare mag*is*: peioribus aptos
Consili*is* armate dolos, signate sepulchrum
317 A Domino dominante trah*it* primusque uidere
Promeru*it* nasci mundum atque resurgere Christum
372 Atque faui mandans epul*as*, quo rite doceret
Corpore*as* res esse dapes seseque uideri
414 Haec terno sermone mon*ens*, ut terna negantis
Culpa rec*ens* parili numero purgata maneret.

Tribus continuis versibus hexametris caesurae semiseptenaria, semiquinaria, semiternaria eadem syllaba extrema consona connectuntur:

V 245 Nec tellus sine clade f*uit*, quae talia cernens
Funditus intrem*uit*, dubioque in fine supremum
Expau*it* natura modum, ne cogeret omnem.

Solae caesurae semiseptenariae et semiquinariae continuis versibus hexametris, concentu exitus versuum omisso, consonant:

II 288 Si cupimus uitare mal*um*, debemus adire
Sectarique bon*um*: hic quia liberat, ille trucidat
III 202 Quae Domino miserante iug*es* post octo decemque
Membra leuat mess*es*, caelumque ac sidera tandem

216 Quodque magis stupeas, cophi*nos* ablata replerunt
Fragmina bis se*nos*, populisque uorantibus aucta
IV 77 Quod nocet abscondi, quoni*am* sua uulnera nutrit
Qui tegit et plag*am* trepidat nudare medenti
V 1 Has inter uirtutis op*es* iam proxima paschae
Coeperat esse di*es*, Domini cum gloria uellet
331 Venerat in forma, Christu*m* quaerentibus alba.
Illae igitur Domin*um* calcata uiuere morte
410 Rite toris, an corde Petr*us* se diligat alto,
Explorat Domin*us*; Petrus annuit. ergo nitentes.

Quod idem fit tribus versibus continuis syllaba extrema caesurae semiquinariae bis resumpta:

V 358 Ecclesiam Christus pulchr*o* sibi iunxit amore.
Haec est conspicu*o* radians in honore Mariae,
Quae cum clarific*o* semper sit nomine mater.

Quibus versu priore similis syllaba extrema caesurae semiternariae tertia adiungitur:

I 222 Translat*um* nescire uir*um*, sterilemque marito
Fecundauit an*um*, sacram praecepit ad aram.

Etiam caesurae bucolica prioris et semiternaria posterioris versus hexametri aliquoties inter se consonant, velut:

III 40 Quin etiam rabidas nigror*um* depulit iras
Spiritu*um*, ne flatus atrox laceraret iniqua
V 80 Cum Domino se uelle mori 'Pri*us* aliger' inquit
'Quam gall*us* cantet', hac me ter nocte negabis'
94 Armat in insontem saeuus fur*or*. heu mihi quantis
Inpedi*or* lacrimis rabidum memorare tumultum
332 Illae igitur Dominum calcat*a* uiuere morte
Angelic*a* didicere fide. perterritus autem
339 Conpositus simulator ait. far*e*, inprobe custos,
Respond*e*, scelerata cohors, si Christus, ut audes.

Restant paucae syllabae verborum extremae singulares, inter se concentum servantes, velut caesura semiseptenaria prioris cum bucolica posterioris versus hexametri:

V 194 Cunctaque de membris uiu*it* natura creantis,
Et cruce conplexum Christus reg*it* undique mundum.

Vel caesura bucolica prioris cum caesura post tertium trochaeum posterioris versus hexametri:

I 231 Per uolucres hominem pasci ded*it* atque coruscis
In caelum transuex*it* equis, iam morte grauato.

SEDULIUM etiam exitum versuum hexametrum similiter ac exitum dimetrorum iambicorum, ut supra vidimus[93]), consonantem facere haud difficile cognoscitur[94]). Syllabas similes exitum versuum ornantes iam supra satis saepe invenimus, que tamen versuum syllabae non tam eorum exitum cum exitu aliorum versuum coniungebant, quam cum caesuris intra versus positas, ex. gr.:

I 94 Testis origo patr*um*, nullisque abolenda per aeu*um*
Temporibus constant uirtut*um* signa tuar*um*.

Quis est, qui non intelligat extremam prioris versus hexametri syllabam consonam non tam cum eadem syllaba versus posterioris cohaerere, quam potius cum extrema syllaba simili caesurae semiquinariae concentum servare? Quapropter non de hoc syllabarum extremarum inter se consonantium genere loquemur, sed de syllabis versuum extremis, ut verissime dicuntur, quatenus scilicet solum exitum versuum, non tamen caesuram cum exitu connectunt. Quae syllabae versuum extremae consonae ad ceteras haud multae in SEDULIANO poemate videntur.

Bini versus hexametri similibus syllabis extremis, aliarum nulla habita ratione, iunguntur, ut sequuntur:

I 109 Frigidus annoso moriens in corpore sangu*is*:
Cum seniore uiro gelidi praecordia uentr*is*
177 Plura dedit meritisque suis succedere dign*um*
Heredem propriae fecit uirtutis amic*um*
197 Cum spirante Deo Babylonia sacra neg*arent*
Tres una cum mente uiri durumque sub*irent*
201 Plus fornace sua: medios truduntur in ign*es*
Nil audente rogo, tantumque ardore calent*es*
310 Adforet esse pater: sic per genus omne nepot*um*
It noua progenies et aui numerantur auor*um*
343 Et fixum est in fronte decus. Decus armaque por*to*
Militiaeque tuae, bone rex, pars ultima res*to*
345 Hic proprias sedes, huius mihi moenibus urb*is*
Exiguam concede domum, tuus incola sanct*is*
II 1 Expulerat primogenitum saeuissimus angu*is*
Florigera de sede uirum blandique sapor*is*
III 79 Spiritus infelix hominem non audet ad*ire*
Effigiem reddit quam Christum cernit hab*ere*

---

93) Cf. p. 21 nostrae commentationis.
94) HUEMER, *De SEDULII poetae vita et scriptis* p. 120.

III 289 Quem medium tales circumfulsere prophe*tae*,
Alter adhuc uiuens, alter stans limite ui*tae*
322 Vt Deus et doctor mirabilis: omnibus, inqu*it*,
Celsior est humilis cunctisque potentior ib*it*
338 Parua loquor si facta Dei per singula curr*am*
Et speciale bonum, cum sit generale, reuolu*am*
IV 17 Possibile est ius omne Deo, multisque molest*um*
Diuitibus tandem faceret mitescere cens*um*
36 Quae sentit flagrare fidem, mox lumina ta*ngens*
Euigilare iubet, quae somnus presserat i*ngens*
46 Frondea ficus erat, cuius in robore null*um*
Repperit esuriens lustrato stipite pom*um*
72 Lata Dei, quem ferre manum non poenitet umqu*am*,
Si nos poeniteat ueterem quaesisse ruin*am*
183 Quem uoluit magis esse suum: nam *sabbata propter*
Condita sunt hominem, non est homo *sabbata propter*
199 Mirantur sua membra uiri uariumque tuent*es*
Esse nihil sese pariter speculantur et omn*es*
240 Nam simul e turbis proprie sine crimine null*us*
Accusator erat, saxum qui missile prim*us*
V 16 Auctorem generasse suum. qui nomine Patr*is*
Audito responsa daret? sed ab ore Tonant*is*
23 Adsurgit famulisque libens famulatus et omn*em*
Linteo adcinctus tantum inclinauit honor*em*
26 Nec Iudam exciperet, quem proditionis iniqu*ae*
Nouerat auctorem. sed nil tibi gloria, saeu*e*
33 Prodidit auctorem, panem cui tradidit ips*e*
Qui panis tradendus erat: nam corporis atqu*e*
150 Auctor mortis erat iussus qui sumere luc*em*,
Auctor lucis erat iussus qui sumere mort*em*
196 Scribitur et titulus: Hic est rex Iudaeor*um*,
Quo nihil a deitate uacet; nam caelitus act*um*
237 Hunc elementa sibi meruerunt cernere uul*tum*,
Auxiliis orbata patris, laetata per or*tum*
239 Maesta per occasum. nam lux ut tempore ful*sit*
Nascentis Domini, sic hoc moriente reces*sit*
247 Expauit natura modum, ne cogeret omn*em*
Summus apex inferna petens succumbere mol*em*
270 Illud ouans templum, maioris culmina templ*i*
Procubuisse uidens, ritu plangentis alumn*i*
308 Consiliis armate dolos, signate sepulchr*um*,
Ponite custodes, monumento aduoluite sax*um*
323 Virgo parens aliaeque simul cum munere matr*es*
Messis aromaticae notum uenere gement*es*
349 Res habet egregiam: Iudaeis constat ademp*tum*
Quem nos deuoto portamus pectore Chris*tum*
431 Vestigiis calcare suis ueneranter ador*ant*
Sidereasque uias alacri sub corde report*ant*.

Trini quoque inveniuntur, rarissimi quidem, versus hexametri extremis syllabis inter se consonantes:

III 306 Haerebat; Dominusque pio iam pectore uo*tis*
Adnuerat. tunc praedo furens ac noxius hos*tis*,
Cui possessa diu est alieni fabrica iur*is*
V 357 Discedat synagoga suo fuscata col*ore,*
Ecclesiam Christus pulchro sibi iunxit am*ore.*
Haec est conspicuo radians in honore Mari*ae.*

Syllabam verbi extremam consonam solutam intra versum positam, cuius minor est vis, negligentes afferre possumus fortasse etiam versus:

I 99 Nam centum licet ora mouens uox ferrea clam*et*
Centenosque sonos humanum pectus anhel*et.*

Saepius SEDULIUS versibus extremis syllabis consonantibus versus similibus syllabis extremis non ornatos interponit, velut sequentes:

II 143 Hunc Baptista potens ut uidit ab amne Iohann*es*,
Quem matris dum uentre latet nondumque creatus
Senserat obstruso iam tunc sermone prophet*es*
209 Mens tenebris obscura suis! hunc ardua templ*i*
Culmina et erectae quamuis fastigia pinnae
Credidit in praeceps horrescere, maxima summ*i*
221 Humanas piscari animas, quae lubrica m*undi*
Gaudia sectantes tamquam uaga caerula pont*i*
Caecaque praecipites tranant incerta prof*undi,*
Discipulos iubet esse suos talesque supernae
Conciliat uitae, quos non uentosa loqu*endi*
III 30 Confestim redit una cutis proprioque dec*ore*
Laeta peregrinam mutarunt membra figuram,
Inque suo magis est uix agnitus ille col*ore*
76 Angebat quoque poena duplex. heu dura furor*is*
Condicio! qui uim patitur magis ille ligatur.
Tunc Domini praecepta tremens exire iubent*is*
317 Incola mox pelagi pendentia fila momor*dit*,
Iussa tributa ferens, grauiorque onerante metallo
Vilis honor piscis pretio maiore pepen*dit*
IV 64 Post Dominus Pharisaea petens conuiuia cen*ae*
Orantis dapibus sese inpertiuit amici.
Tunc mulier, quam fama nocens et plurima uit*ae*
163 Ius est quippe Dei uitam praeponere fact*is*,
Nam merito cessante bono miracula nil sunt,
Quae faciunt plerumque mali, quibus arbiter orb*is*
'Nescio uos' dicturus erit, 'discedite cunct*i*
Artifices scelerum, rebus qui semper iniqu*is*

IV 168 Diuinum simulastis opus'. sic tempore Moys*i*
Carminibus quidam uanae Memphitis in or*is*
176 Plenus aquae grauidamque cutem suspenderat alu*us*,
Inclusam paritura necem; iam membra fluebant
Adcrescente sinu, miserosque infusa per art*us*
V 29 Qui sensu pollutus eras uelut omne sepulchr*um*
Exteriora gerens albae uelamina formae,
Sordibus interius foedoque cadauere plen*um*
360 Quae cum clarifico semper sit nomine *mater*,
Semper uirgo manet, huius se uisibus adstans
Luce palam Dominus prius obtulit, ut bona *mater*
396 Per typicam noscenda uiam: nam retia dig*nis*
Lucida sunt praecepta Dei, quibus omnis in illa
Dextra parte manens concluditur ac simul ul*nis*.

Nonnumquam poeta noster extremas versuum syllabas consonas eleganter texit, ex. gr. iisdem semper verbis versus hexametros finiendo:

I 291 Per digesta prius ueteris miracula *legis*
Rettulimus, sancti coniuncto Spiritus *actu*
Quae Genitor socia Nati uirtute *peregit*.
Per digesta rudis necnon miracula *legis*
Dicemus, sancti coniuncto Spiritus *actu*
Quae Natus socia Patris uirtute *peregit*.

Vel aliter versibus sequentibus:

IV 245 Sciret inesse trabem. profugus sic ille recess*it*
Impetus et clemens donat sententia culp*am*,
Iam non peccandi sub condicione solut*am*.
Nam uomitum quicumque suum canis ore relamb*it*.

Syllabas verborum extremas inter se concentum servantes, quorum adhuc in versuum structura positionem perscrutabamur, in SEDULIANO poemate non inveniri eodem ordine, quo eas, ut melius cognoscantur, collegimus, per se intelligitur, nam poeta noster iis utitur ad arbitrium suum vel, utcumque res ferunt, quod ex iis, quae iam protulimus, haud ambigue efficitur, quia praeter versus simpliciter syllabis verborum extremis inter se consonantes multos alios legimus, in quibus syllabae eadem diversissimi generis variaeque compositionis permiscentur. Quo melius pateat, quanta licentia SEDULIUS in syllabis verborum extremis consonis adhibendis regitur, insignes quosdam eius poematis locos apponendos curamus.

SEDULIUS ex. gr. easdem verborum syllabas extremas similes diversis versuum partibus, et in caesuris et extra eas, resonare facit, ut syllabam extremam *it* sequentibus versibus:

I 226 Non ardere ded*it*, uirgultum solu*it* in anguem,
Per pelagus siccau*it* iter, mirabile nimbis
Manna plu*it*, saxo latices prooux*it* ab imo.

Similiter syllabam extremam verborum *o:*

I 232 In caelum transuexit equis, iam morte grauat*o*
Adiecit tria lustra uir*o*, praedonis in ore
Naufragi*o* fundauit opem, flagrante camin*o*.

Vel syllabam extremam *is:*

V 418 Pacem per populos monit*is* dispergite sanct*is*
Et mundum uacuate mal*is*: gentesque uocari
Finibus e cunct*is*, latus qua tenditur orb*is*,
Iuss*is* mando me*is* omnesque in fonte lauari.

Aliis locis variae verborum syllabae extremae inter se consonantes a SEDULIO pulchro ac iucundo modo quasi permiscentur et pertexuntur, velut sequentibus versibus:

II 220 Protin*us* ergo uir*os* ex piscatorib*us* apt*os*
Human*as* piscar*i* anim*as*, quae lubrica mund*i*
Gaudi*a* sectan*tes* tamquam uag*a* caerul*a* pont*i*
Caec*a*que praecipi*tes* tranant incert*a* profun*di*,
Discipul*os* iubet esse su*os* talesque supern*ae*
Concili*at* uit*ae*, qu*os* non uentos*a* loquen*di*
Glori*a* nec uan*a* de nobilitate superb*us*
Sanguis al*at* sed fam*a* tac*ens*, humilique refulg*ens*
Mente nitor caelo faci*at* de plebe propinqu*os*.
Namque stult*a* pot*ens* elegit et infim*a* mun*di*
For*tia* confring*ens* De*us* et sapien*tia* perd*ens*.

Aliis autem locis variae syllabae verborum extremae concinentes aequaliter et congruenter componuntur, sic ex. gr. omnes caesurae semiquinariae et omnes versuum syllabae extremae simili sono insigniuntur, velut:

II 150 Tollere cum dic*it* quod non habet, hoc mihi toll*it*:
Non mala ut ipse ger*at*, sed ut ipse nocentia perd*at*.
Qualiter in medi*as* cum lux praeclara tenebr*as*
Funditur et propri*um* non obfuscata seren*um*
Decutit expuls*as* inlaesis uultibus umbr*as*.

Nec desunt in SEDULIANO poemate versus secundum rhetorum usum per omnes partes aequales et congruentes facti, velut:

I 291 *Per digesta* pri*us* ueter*is miracula legis*
Rettul*imus*, *sancti coniuncto Spiritus actu*

293 *Quae* Genitor *socia* Nati *uirtute peregit.*
Per digesta rud*is* necnon *miracula legis*
Dice*mus*, *sancti coniuncto Spiritus actu*
Quae Natus *socia* Patris *uirtute peregit.*
II 6 Humanum simul omne gen*us*. heu, *noxia coniux!*
Noxia tu *coniux* magis an *draco perfidus ille?*
Perfidus ille draco, sed tu quoque *noxia coniux.*

Quibus etiam satis gratae extremarum syllabarum consonarum dispositiones efficiuntur.

Quaeritur autem, num syllabae verborum extremae similes, quibus supra SEDULIUM poema egregium, quod „Carmen Paschale" inscribitur, exornari cognovimus, satis clare sonabant, ut ab audientibus percipi eosque delectare possent? Quod nobis quidem affirmandum esse videtur. Quamquam enim syllabae illae inter se consonantes cum iis, quae a nostrorum temporum poetis in carminibus condendis requiruntur, minime concordant, tamen et nos versus SEDULIANOS lectitantes syllabas verborum extremas consonas in iis sonantes non audire non possumus, quia nostras etiam aures tangunt, licet perfectiori atque fortiori syllabarum extremarum concentui assueverint. Quanto clarius et suavius eaedem syllabae similes auribus veterum Latinorum sonasse oportet, quorum prosodia, ut iam commemoravimus [95]), non aspero versuum ictu, sed syllabarum quantitate et vocis modulatione nitebatur. Et si magna positionis earum varietas impedit, ne syllabae illae extremae inter se concordantes a nobis adeo clarae audiantur, eandem dispositionis varietatem, syllabis verborum similibus semel auditis modo contiscentibus modo necopinato resonantibus, veteres carminum cultores valde delectare potuisse, quis est, qui neget, praesertim si BEDAM quoque VENERABILEM aequali semper syllabarum extremarum consonarum usui, qui in nostrae aetatis carminibus nobis usque eo placet, adversantem respicit, quippe qui, versibus SEDULII hexametris syllabis verborum extremis inter se consonantibus exornatis vixdum sane quam laudatis, expresse dicat: „Non tamen hoc continuatim agendum, verum post aliquot interpositos versus, si enim semper uno modo pedes ordinabis, et versus, tametsi optimus sit, status statim vilescit" [96]). Re ipsa a SEDULIANO poemate venusta

[95]) Cf. p. 42 nostrae commentationis.
[96]) *De arte metrica,* vide KEIL, *Grammatici Latini* p. 244.

quaedam et naturalis vicissitudo abiudicari non potest, quae in mediae aetatis secundum omnia artis poeticae praecepta diligenter et accurate compositis carminibus non parum saepe desideratur.

Syllabae verborum extremae in SEDULIANO poemate frequentissime inter se consonantes, ut infra dicendum erit, multa adhuc rhetorica habent et similiter ac in aliorum huius aetatis scriptorum carminibus adhibentur potissimum, ut verba secundum artis logicae vel grammaticae praecepta cohaerentia simili extremarum syllabarum sono etiam extrinsecus iungantur[97]), quod sine dubio ad earundem syllabarum delectum et varietatem haud paululum contulit, quotiens sententiae verbis efferendae erant. Syllabae verborum extremae similes uno eodemque versu nimium saepe repetitae nobis quidem non placent, quod tamen de SEDULIANAE aetatis carminum cultoribus dici non potest, quum BEDA ille VENERABILIS, quem supra commemoravimus, eos potissimum SEDULII versus hexametros admiretur, in quibus verbum primum cum paenultimo et caesura semiquinaria cum exitu extremis syllabis consonent, eos igitur versus, in quibus unius eiusdemque versus ambitu quattuor syllabae verborum extremae similes contineantur[98]).

Quod denique in syllabis extremis verborum consonis adhibendis apud SEDULIUM facile animadvertitur, hoc est: poeta noster primos et saepius etiam extremos versus hexametros singulorum poematis sui capitulorum syllabis similibus extremis exornare amat, quod quidem alios eiusdem aetatis carminum Latinorum conditores idem facere videmus[99]), multo tamen rarius quam SEDULIUM. SIGERSON extremos singulo-

---

97) MUELLER, *De re metrica* p. 568: „Verum antiquorum inter et neoticorum rationes ea insignis extitit differentia, quod hi ad versus coiugandos eo usi in metris (scilicet homoeoteleuto), illi ut sensus copularent, id quod communis scilicet vitae et pedestris sermonis aemulatione evenit".

98) *De arte metrica* p. 244: „Optima autem versus dactylici ac pulcherrima compositio est, cum primis paenultima ac mediis respondent extrema, qua SEDULIUS frequenter uti consuevit".

99) GRIMM, *Zur Geschichte des Reims* p. 268: „Auf Anfang und Schluss eines Gedichts besondere Sorgfalt zu verwenden war natürlich: daher erklärt sich wohl, dass an dieser Stelle zuweilen der Reim gehäuft ist". — DINGELDEIN, *Der Reim bei den Griechen and Römern* p. 116 annot 2.

rum tantum librorum poematis, cui index „Carmen Paschale“ est, versus inter se consonare notavit, quod imitatione veteris artis poeticae Celtarum Hibernorumque effectum esse censuit[100]), reapse tamen non modo omnium librorum, verum etiam maximi numeri capitulorum extremi versus hexametri syllabis similibus verborum extremis exornantur, pariter ac multorum capitulorum versus primi, ex quibus citeriora argumenta eruuntur, ut facile conicias, SEDULIUM prudentem et scientem eiusmodi syllabas verborum extremas adhibuisse, quia haec omnia casu evenisse vix credibile videtur.

A syllabis consonis primorum capitulorum versuum incipiendo, saepissime caesura semiquinaria cum exitu versus hexametri, ut alias syllabas extremas verborum similes omittamus, consonans invenitur:

I 107 Saucia nam uetul*ae* marcebant uiscera Sarr*ae*
132 Mitis in inmit*em* uirga est animata dracon*em*
136 Peruia diuis*i* patuerunt caerula pont*i*
148 Quid referam innumer*as* caelesti pane cateru*as*
152 Rursus in exust*is* sitiens exercitus aru*is*
170 Heliam coru*i* quondam pauere ministr*i*
188 Vltima labent*is* miseratus tempora luc*is*
206 Digna sed inmit*em* mox perculit ultio reg*em*
212 Nec minus et Dari*i* furuerunt iussa tyrann*i*
II 41 Iamque nouem lap*sis* decimi de limine men*sis*
73 Talia Bethle*is* dum signa geruntur in or*is*
89 Ergo alacres summ*o* seruantes lumina cael*o*
134 Ast ubi bis se*nos* aetatis contigit an*nos*
166 Ergo ubi flumine*um* post mystica dona lauacr*um*
220 Protinus ergo uir*os* ex piscatoribus apt*os*
231 Quin etiam celer*em* cupiens conferre salut*em*
III 26 Ecce autem medi*ae* clamans ex agmine turb*ae*
40 Quin etiam rabid*as* nigrorum depulit ir*as*
129 Ventum erat ad maes*ti* lugentia culmina tec*ti*
182 Exin conspicu*am* synagogae ingressus in aul*am*
189 En iterum ueter*es* instaurans lubricus art*es*
207 Cumque dehinc popul*um* sese in deserta secut*um*
236 Genesar inde sol*i* Domino ueniente colon*i*
257 Dumque medens aegr*um* refouet uirtute tumult*um*

---

[100]) *The Eastern Song* p. 217: „It is manifest that accurate knowledge, great care, and studious skill must have cooperated to produce such exact complete and varied exemples of the Irish metric in Latin verse. These were reserved for the finishing lines of each Book, as finials to an edifice, and are as irresistible evidence of Irish artistic authorship as would be an interlaced illuminated illustration from an ancient Irish manuscript“.

IV 31 Praeterea gemin*os* Dominus considere caec*os*
40 Hinc repetita sacr*i* gradiens per moenia templ*i*
45 Ecce autem medi*is* adstans sublimis in aru*is*
106 Tu quoque uirtut*is* sensisti munus eril*is*
150 Neue redundant*em* cumulato germine mess*em*
189 Coeperat inter*ea* Dominus Galilaea per aru*a*
251 Inde means genit*um* cernit considere caec*um*
291 Vtque caduca uag*i* contemnens culmina saecl*i*
V 20 Annua tunc sacr*ae* celebrans per munera cen*ae*
69 Traditus ergo uir*is* operator sanctus iniqu*is*
83 Continuo ad trist*es* Caiphae deducitur aed*es*
156 Heu falx torua patr*um*, segitem caesura nepot*um*
182 Protinus in patul*i* suspensus culmine lign*i*
200 Huius in exuu*is* sors mittitur, ut sacra uest*is*
232 Interea horrend*ae* subito uenere tenebr*ae*
252 Nulla tamen tant*i* metuerunt signa pericl*i*
261 Ergo ubi cuncta bon*i* conpleta est passio Christ*i*.

Quod similiter fit syllabis verborum extremis assonantibus consonantium vicem implentibus:

I 103 Primus abusque cha*o* meritis uiuacibus En*o*ch
299 Haec est uera fid*es*; hanc spreuit habere salut*em*
355 Hoc Matthaeus ag*e*ns hominem generaliter impl*e*t
II 35 Haec uentura sen*es* posquam cecinere prophet*ae*
63 Salue, sancta par*e*ns, enixa puerpera reg*e*m
III 143 Inde pedem refer*e*ns duo conspicit ecce sequent*e*s
V 93 Postquam nulla dol*i*s patuit uia, brachia toll*i*
113 Iamque dies ader*a*t, nocturna mestior umbr*a*
196 Scribitur et titul*u*s: Hic est rex Iudaeor*u*m
276 Dic ubi nunc trist*i*s uictoria, dic ubi nunc s*i*t.

Pari modo caesura semiseptenaria cum exitu versuum initio capitulorum consonat:

I 163 Sol stetit ad Gabaon medi*i*que cacumine cael*i*
III 199 Venerat et mulier morb*o* contracta uetust*o*
219 Iamque senescentem calid*i* sub caerula pont*i*
293 Postquam corporeos uir*tus* regressa per ar*tus*
313 Rex etiam solus reg*um* et Dominus dominant*um*
V 32 Nec Dominum latuere dol*i*, scelerisque futur*i*.

Item syllabis verborum extremis assonantibus:

V 1 Has inter uirtutis op*e*s iam proxima pasch*ae*.

Similiter caesura semiternaria ineunte capitulo cum exitu versus concinit, velut:

III 1 Prima su*ae* Dominus thalamis dignatus adess*e*
IV 1 Iam placid*as* Iordanis item transgressus haren*as*

IV 218 Vnanim*um* panem sic ille petebat amic*um*
233 Dumque su*i* media residens testudine templ*i*
271 Bethani*ae*que solum repetens intrarat; ibiqu*e*
V 104 At seni*or*, cui cuncta potens praedixerat auct*or*
365 Mox ali*is* conuiua potens in fragmine pan*is*.

Item caesura post tertium trochaeum cum exitu versus:

I 160 Angelicis tremefact*a* minis adfatur asell*a*
II 288 Si cupimus uita*re* malum, debemus adi*re*
IV 99 Dumque Tyri transgress*us* iter, Sidonia rurs*us*.

Denique caesura bucolica cum exitu versus:

IV 57 Post oblatus ei uirtut*em* sensit eril*em*
V 295 Ergo ubi depositi thesaur*um* corporis ampl*um*
351 Plange sacerdotes peritu*ros*, plange minist*ros*.

Caesurae etiam solae inter se consonantes primis capitulorum versibus nobis occurrunt, velut semiternaria cum semiseptenaria:

I 282 Nunc coept*am* iuvat ire ui*am* montemque per altum.

Vel semiquinaria cum bucolica:

V 315 Coeperat inter*ea* post tristi*a* sabbata felix.

Caesura ad extremum bucolica cum syllabis verborum extremis solutis concordans invenitur versibus:

II 279 Non qu*ia* nos Dominus, lucis u*ia*, semit*a* pacis
III 242 Hinc Tyrias partes Sidoni*a*que aru*a* petentem.

In summa, ut *Praefationem,* de qua infra seorsim dicendum erit, omittamus, pro 124 capitulis *Carminis Paschalis* 75 SEDULIUS a versibus extremis verborum syllabis inter se consonantibus vel assonantibus distinctis orditur.

Multo maior est numerus capitulorum, quorum versus hexametri extremi inter se concentum servant syllabis verborum extremis, et praestat quidem aliis numero caesura semiquinaria cum exitu versuum consonans:

I 102 Sidera nec bibul*ae* numeris aequantur haren*ae*?
159 Christus erat pan*is*, Christus petra, Christus in und*is*
162 Edidit human*as* animal pecuale loquell*as*
169 Sidera uentur*um* praemisso nomine Ies*um*
196 Venit ad ignot*as* inimico remige terr*as*
219 Et didicere truc*es* praedam seruare leon*es*
281 Risimus aut poti*us* tales defleuimus act*us*
290 Cuius onus leu*e est*, cuius iuga ferre suau*e est*

I 298 Quod simplex triplic*et* quodque est triplicabile simpl*et*
333 Diuersisque mod*is* par est uesania cunct*is*
350 Quem magis offend*it* quisquis sperando tepesc*it*
II 72 Agnus et angelic*us* cecinit miracula coet*us*
106 Venimus ad Christ*um*, iam non repetamus iniqu*um*
230 Fortia confring*ens* Deus et sapientia perd*ens*
243 Fecit adoptiu*os* caelestis gratia nat*os*
278 Donec cuncta breu*em* reddamus adusque quadrant*em*
287 Ire per angus*tam* regna ad caelestia por*tam*
III 11 Mitis inoccidu*as* enutrit pampinus uu*as*
25 Omnia depuls*is* sanabat corpora morb*is*
39 Fonte latentis aqu*ae* cecidit uiolentia flamm*ae*
69 Mouerunt auid*as* uentorum gaudia pinn*as*
151 Instaurata su*is* radiarunt ora lucern*is*
157 Daemonio uacu*ans*, auditu et uoce reform*ans*
175 Ex quibus in tot*um* sparguntur flumina mund*um*
218 Quae redit a cunct*is* non est data copia mens*is*
235 Libera per uitre*os* mouit uestigia camp*os*
241 Ipsa omnes modic*i* redimebant munere fil*i*
250 Conpulit Hebrae*i* de gramine uescier agr*i*
272 Vidit abundant*em* modico de semine mess*em*
312 Fugit in obsc*uras* puero uiuente teneb*ras*
IV 30 Quae perit ut mane*at*, quae uitam mortua praest*at*
63 Muta diu tacit*as* effudit lingua loquell*as*
81 Munda suis lacrim*is* redit et detersa capill*is*
89 Pulsus et in uacu*as* fugiens euanuit aur*as*
217 Sola frequens uo*tis* oratio praestat hones*tis*
V 19 Vox emissa su*o* respondit consona uerb*o*
58 Spargitur in uacu*as* nebulis obscurior umbr*as*
82 Non reprobando fid*em*, sed praedicendo timor*em*
92 Labitur inualid*ae* deformis gloria flamm*ae*
231 Abstulit iste su*is* caelorum regna rapin*is*
294 Et faciat tenu*es* tanto mansore capac*es*
391 Omnia sollicit*os* odit simulator amic*os*.

Quibus caesurae semiquinariae cum exitu versus extremis verborum syllabis assonantes accedunt:

I 126 Dignum opus exerc*e*ns uultum in sua terga referr*e*
135 Sorbuit et propri*i* redit in uirgulta rigor*is*
191 Mortis ab occas*u* uitam conuertit in ort*u*m
241 Imperium quac*u*mque trahit sententia nut*u*
354 Sic aliena ger*e*ns, ut nec tua linquere poss*e*s
II 254 Victor opima fer*e*ns gaudebit praemia mil*e*s
III 198 Verbaque per uerb*u*m, per lumen lumina surg*u*nt
319 Vilis honor pisc*i*s pretio maiore pepend*i*t
IV 56 Multiplicandus ad*e*st et uertice sidera tang*e*t
105 Audirique loqu*e*ns meruitque audire loquent*e*s

IV 124 Quodque Deo facil*e* *e*st homines optare nec aud*e*nt
290 Ipse sibi mori*e*ns et postumus extat et haer*e*s
V 31 Sordibus interi*us* foedoque cadauere plen*um*
199 Hoc docet una fid*e*s unum ter dicere reg*e*m
201 Intemerata man*e*ns a Christo scisma uetar*e*t
314 Explorare fid*e*m, cui non uis credulus ess*e*
364 Aduenientis it*e*r, haec sit redeuntis et ind*e*x
421 Iussis mando me*is* omnesque in fonte lauar*i*.

Pari modo, quamquam rarius, caesurae semiseptenariae cum exitu versuum concordant:

I 120 Humana pro gente pi*us* occumberet agn*us*
147 Vt doctrina sequens plan*is* incederet aru*is*
III 181 Intrabo in Domini requi*em*, quia nescio merc*em* [101])
292 Ostendit uerbo geni*tum* uox patria Chris*tum*
IV 98 Et gemit esse homini domin*um* uirtutis amic*um*
171 Visibus humanis magic*as* tribuere figur*as*
209 Quae sua sunt, fructus seg*itis* et gaudia u*itis*
V 78 Ponere pro cunctis anim*am*, non tollere cuiqu*am*.

Item caesurae semiseptenariae cum exitu versuum assonantes, velut:

IV 188 Carnalemque lacum **pest*is*** **lymphata** reliqu*i*t
V 155 Ne dignus sentire nec*e*m uel latro perir*e*t
275 Tecta diu Christo nob*is* ueniente patesc*i*t.

Caesurae semiternaria et semiseptenaria simul cum exitu versus concentum extremarum syllabarum servant:

II 300 Ora lup*i* uitaque fru*i* per pascua Christ*i*.

De aliis extremis capitulorum versibus simili syllabarum extremarum sono ornatis confer:

I 211 Omn*ibus* hirsut*us* siluis et mont*ibus* errans
II 62 Mans*it* et angusto Deus in praesepe quieu*it*
138 In*ter* ut emeritus residebat iure magis*ter*
165 Et tu, Iordan*is*, retro quia subtrah*is* amnem
219 Angelic*i* Christo famulantur ministr*i*
262 *Altera* pars etenim caeli sumus, *altera* terrae
268 Eloqu*ia* exuperantque fauos atque omn*ia* mell*a*
III 22 Praeterit*um* cern*it* quidqu*id* uult esse futur*um*
32 Inqu*e* suo magis est uix agnitus ille color*e*
45 Reddid*it* et uaria populos a clade leuau*it*
142 Aspici*unt* uers*is*que mod*is* per gaudia plang*unt*
206 Ima pet*unt*, quos Christus alit sine labe resurg*unt*

[101]) Quem versum HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 77, dubium habet.

IV 44 Clarescent*e* di*e* properabat uiser*e* tecta
108 Expu*it* et speciem simulatae mortis adem*it*
149 Septem ingens gyros, sept*ena* uolumi*na* traxit
V 176 Humano ponens mortal*em* tegmine carn*em*[102])
181 Temp*ore*, quem reduci contemn*ere* carn*e* pararet.

Praeter quas syllabas verborum extremas consonas uno eodemque versu inclusas non desunt bini capitulorum versus extremi continui iisdem syllabis distincti:

I 58 Vt mess*is* queat ess*e* Dei merc*is*que futur*ae*
Maxima centen*um* cumulare per horrea fruct*um*
II 105 Si cupimus patri*am* tandem contingere, posqu*am*
Veni*mus* ad Christ*um*, iam non repeta*mus* iniqu*um*
III 84 Porcinum tenu*ere* gregem: niger, hispidus, horrens
Talem quippe domum dignus fuit hospes hab*ere*
V 414 Haec tern*o* sermone mon*ens*, ut terna negantis
Culpa rec*ens* parili numer*o* purgata maneret.

Quod venustius fit sequentibus capitulorum versibus extremis:

III 127 Quod uirtus secreta ded*it*, furtumque fidel*e*
Laudat et egregi*ae* tribu*it* sua uota rapin*ae*
187 Praecipit et reduc*i* diuino more salut*i*,
Sicut semper ag*it*, nil toll*it* et omnia redd*it*
255 Venerat, in prisc*um* conponit motibus us*um*
Et reuocata su*is* adtemperat organa neru*is*
IV 140 Deponens trepid*um* recidiuo tramite luct*um*,
Candid*a* felic*em* reuocauit pomp*a* parent*em*
231 Dignus erit, Domin*i* nisi mersus gurgite Christ*i*
Percipiat placid*as* animae, non corporis und*as*
249 Nec ueterem studet hic ueni*am* nec habere futur*am*,
Huius damn*a* ten*ens*, *huius* conpendi*a* perd*ens*
269 Terr*a* saluta*ris*, quae fontibus ablut*a* sac*ris*
Clar*a* renascent*is* reserat spiramin*a* luc*is*
V 137 Sidera tartare*um* discenderit usque profund*um*;
Tunc uir apostolic*us*, nunc uilis apostata fact*us*
162 Praepon*is* humana Deo; qua morte tener*is*,
Quod Dominum numerosa cruci per uulnera fig*is*
194 Cunct*a*que de membr*is* uiuit natur*a* creant*is*
Et cruce conplex*um* Christus regit undique mund*um*
243 Caec*a* tenebros*i* latuerunt sider*a* cael*i*,
Sic Dominus claus*i* triduo tulit antra sepulchr*i*
250 Sed piet*as* inmensa uag*as* properabat ad umbr*as*,
Perdit*a* restitu*ens*, non consistenti*a* perd*ens*
259 A mensis proiecta iacent: ita tempore prisc*o*
Gens accepta De*o*, nunc est odiosa propag*o*.

---

[102]) Qui versus HUEMERO, *SEDULII opera omnia* p. 127, dubius esse videtur.

Semel atque iterum syllabae verborum extremae consonantes assonantibus commutantur, velut:

II 33 Sub dicione nec*is*, Christi nascente renasc*i*
Possit homo et ueter*is* maculam deponere carn*is*
V 102 Haec sputa per Dominum nost*ram* lauere figu*ram*,
H*is* alap*is* nob*is* libertas maxima plaus*it*.

Concentum extremarum solum versuum syllabarum habemus:

III 338 Parua loquor si facta Dei per singula curr*am*
Et speciale bonum, cum sit generale, reuolu*am*
V 349 Res habet egregiam: Iudaeis constat ademp*tum*
Quem nos deuoto portamus pectore Chris*tum*.

Eximiae elegantiae sunt sequentes capituli versus extremi:

V 66 Quid socium simul*as* et amica fraude salut*as*?
Numquam terribil*es* aut pax coniurat in ens*es*
Aut truculenta pi*o* lupus oscula porrigit agn*o*.

Grandes potissimum, quod ad syllabas verborum extremas inter se consonantes attinet, poeta noster extremos librorum singulorum versus hexametros fecit, velut:

I 364 Hinc igitur ueter*is* recolens exordia mort*is*
Ad uitam properab*o* nouam lacrimasque serend*o*
Gaudia longa met*am*: nam qui deflemus in Ad*am*
Semina mittent*es*, mox exultabimus omn*es*
Portantes nostr*os* Christo ueniente manipl*os*
IV 306 Frondibus arbore*is* laudem caelestibus ymn*is*
Obuia turba dedit? Domin*o* nisi cum Patre Christ*o*,
Qui regit aetheri*um* princeps in principe regn*um* [103])
V 435 Innumerabili*um* scripserunt pauca bonor*um*.
Nam si cuncta sac*ris* uoluissent tradere char*tis*
Facta redempt*oris*, nec tot*us* cingere mund*us*
Sufficeret dens*os* per tanta uolumina libr*os*.

Pro 124 igitur 114 capitulorum extremos versus hexametros SEDULIUS extremis verborum syllabis inter se consonantibus vel assonantibus exornavit.

Quaeritur iam, utrum SEDULIUS apto syllabarum extremarum sono auditores in alios atque alios animi motus duci

---

[103]) Versus subsequens 309:

Cui sanctus semper conregnat Spiritus aeque,

qui cum antecedentibus, quod ad similes verborum syllabas extremas attinet, non concordat, dubius esse videtur, ut HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 112, recte opinatur.

sciebat an non? Summatim haec rerum cognitio SEDULIO deneganda videtur, quia in poemate eius, quod *Carmen Paschale* inscripsit, non occurrunt nisi exigui eius modi conatus, de quibus, an non sint petiti, dubitari potest.

Si ex. gr. poeta noster Salvatoris monentis vocem, syllabis extremis verborum consonantibus vel assonantibus claris usus, sic sonare facit:

V 416 Inde sequenda doc*e*ns, pacem omnes, inquit, habet*e*,
Pacem ferte me*am*, pacem portate quiet*am*,
Pacem per populos moni*tis* dispergite sanc*tis*
Et mundum uacuate mal*is*: gentesque uocar*i*
Finibus e cunct*is*, latus qua tenditur orb*is*,
Iussis mando me*is* omnesque in fonte lauar*i*,

poetam Salvatoris erga discipulos suos mansuetudinem aeque ac laetam illorum fiduciam, qua suavibus Magistri verbis implebantur, depingere voluisse facile conicitur. Quibuscum comparetur syllabarum extremarum concentus a SEDULIO adhibitus locis tristis vel tetrici argumenti, ex. gr. quando poeta de Evae peccato dolendo dicit:

II 4 Nec solus meritam praesumptor senserat iram
Mortali sub lege iacens, sed prosus ab ipso
Human*u*m simul omne gen*u*s. heu noxia coni*ux*!
Noxia tu coni*ux* magis an drac*o* perfid*us* ille?
Perfid*us* ille drac*o*, sed tu quoque noxia coni*ux*;

vel quando de Iudae nefaria perfidia acerbissimis verbis indignatur:

V 27 . . . . sed nil tibi gloria, saeue
Traditor, illa dabat pedib*us* consistere mundis,
Qui sens*u* pollut*us* eras uel*u*t omne sepulchr*um*
Exteriora gerens albae uelamina formae,
Sordib*us* interi*us* foedoque cadauere plen*um* [104]).

Tot syllabae verborum extremae, vocales graves *o* et *u* continentes, uno loco collectae probabilem nobis facere possunt opinionem dicentem poetam vere animos audientium tristitia perfundere voluisse. Qui tamen loci difficiles inventu casu et poeta ignaro eorum vi fieri potuerunt, quamquam SEDULIUM ceteroquin argutias non abhorruisse notum est, cuius rei exem-

[104]) Carl WEYMAN, *Beiträge zur Geschichte der christlich-lateinischen Poesie: SEDULIUS über Judas* p. 126.

plum alius locus indignationem poetae de Iudae scelere sequentibus verbis exprimens nobis affert:

V 59 Tune cruente, ferox, audax, insane, rebellis,
Perfide, crudelis, fallax, uenalis inique,
Traditor inmitis, fere proditor, impie latro,
Praeuius horribiles comitaris signifer enses?[105])

Quibus in locis seligendis bono consilio agendum est, ne ingenio SEDULII poetico immisceantur res, quae ei non debentur, neve hoc modo descriptio virtutis eius poeticae depravetur.

Syllabarum extremarum inter se consonantium, quibus in *Carmine Paschali* SEDULIUS utitur, pariter ac in hymno iambico, qui a verbis *A solis ortus cardine* incipit[106]), diversa genera distinguuntur. Sunt primum syllabae verborum extremae a solis vocalibus similitudinem ducentes, velut sequentes:

I 42 Legis Athenae*i* paedorem linquite pag*i*
43 Quid labyrintheo*o*, Thesidae, erratis in antr*o*
63 Mergere uicin*ae* prohibes confinia terr*ae*
II 169 Spiritus in speci*e* Christum uestiuit honor*e*
III 299 Est, Domine; horrend*a* lacerat quem spiritus ir*a*.

Quibus littera consonans extrema similis accedit, velut:

I 35 Maiestas simil*is*. haec est uia namque salut*is*
62 Qui maris undison*as* fluctu surgente procell*as*
94 Testis origo patr*um*, nullisque abolenda per aeu*um*
98 Ingrediens aliqu*os* nitor contingere ram*os*
164 Fixit anhelant*em* dilato uespere luc*em*
224 Sponte uenire pec*us*, muliebres transtulit art*us*
298 Quod simplex triplic*et* quodque est triplicabile simpl*et*
V 179 Suscipiens tetig*it* labiis et ab ore remou*it*.

Interdum etiam binae litterae consonantes extremae verbi, velut:

II 110 Ereptumque gem*ens* facinus sibi, ceu leo frend*ens*
III 157 Daemonio uacu*ans*, auditu et uoce reform*ans*.

Quae syllabarum extremarum inter se consonantium forma longe saepissime in SEDULIANO poemate reperitur. Contra multo rariores sunt ibidem syllabae verborum extremae ita

---

105) WEYMAN *ibidem*. — SIGERSON, *The Eastern Song* p. 220.
106) Cf. p. 18 nostrae commentationis.

concordantes, ut primae quoque earum litterae consonantes similiter sonent, velut:

I 77 Monstraret liqui*das* renouari posse per un*das*
167 Feruidus ingen*tem* gladius consumeret hos*tem*
324 Iste fidem ter*nam*, hic non amplectitur u*nam*
II 41 Iamque nouem lap*sis* decimi de limine men*sis*
75 Grandia sollici*tis* perturbant nuntia dic*tis*
III 160 Ite, ait, et tris*tes* morborum excludite pes*tes*
164 Functaque subduc*tae* reuocate cadauera ui*tae*
276 Vrbs in monte se*dens*, modio nec subditur ar*dens*
331 Quantum prona so*lo*, tantum fit proxima cae*lo*
IV 7 Ardua plana*re* et curua in directa refer*re*
24 Hospitibus te*ctum*, nudis largitur ami*ctum*
123 Gaudia non feri*mus* propensaque uota time*mus*
252 Qui male praegna*ntis* oilapsus uentre pare*ntis*
V 328 Flammeus aspe*ctu*, niueo praeclarus ami*ctu*
338 Clam sibi noctur*na* Christum abstraxisse rapi*na*.

Deinde occurrunt nobis non ita multi concentus syllabarum extremarum binarum, sive imperfecti, ut:

I 88 Si iubeas med*iis* segetes arere pru*inis*
148 Quid referam innum*eras* caelesti pane cat*eruas*
173 Tradidit inl*aesam* ieiunis morsibus *escam*
184 Quam bene fulmin*ei* praelucens semita *caeli*
200 Cuius Achaemen*iam* rabies accenderat *iram*
III 40 Quin etiam rab*idas* nigrorum depulit *iras*
187 Praecipit et red*uci* diuino more sal*uti*
191 Liuidus hum*ano* gaudet pinguescere *tabo*
241 Ipsa omnes med*ici* redimebat munere f*ili*;

sive perfecti, velut:

I 41 Sectantesque magis uitam spirantis o*dorem*
Legis Athenaei pae*dorem* linquite pagi
275 Transplantat*orum* cultores esse de*orum*
II 82 Sicut ador*andum*, quem tractat fraude nec*andum*
129 Prospic*eres* arce ex summa uastumque uid*eres*
160 Corpore mund*auit* latices famamque be*auit*
190 Qu*antum* peruersus, t*antum* peruersa locutus
221 Humanas piscari animas, quae lubrica m*undi*
(223) Caecaque praecipites tranant incerta prof*undi*
III 30 Confestim redit una cutis proprioque dec*ore*
(32) Inque suo magis est uix agnitus ille col*ore*
IV 33 Conspicit, extinctae posc*entes* munera formae
Flebilibusque uagas impl*entes* uocibus auras
70 Nec terg*ere* sacras nec cessat lamb*ere* plantas
121 Turbaret gem*inas* cumulato pisce car*inas*

IV 135 Mortuus adsurgit resid*ensque* loqu*ensque* reuixit
209 Quae sua sunt, fructus seg*itis* et gaudia u*itis*
281 Possit ab inf*ernis* hominem reuocare cau*ernis*
V 37 Esur*iant* sit*iant*que animae sine labe fideles
160 Debueras s*acrum* ueniae sperare lau*acrum*
229 Inf*ernas* adit ille fores, adit iste sup*ernas*
233 Et totum tenu*ere* polum maestisque nigrantem
Exequiis tex*ere* diem; sol nube coruscos
238 Auxiliis orb*ata* patris, laet*ata* per ortum
245 Nec tellus sine clade f*uit*, quae talia cernens
Funditus intrem*uit*, dubioque in fine supremum
299 Discipuli Christum rap*erent* et abisse ref*errent*
308 Consiliis arm*ate* dolos, sign*ate* sepulchrum.
404 Hinc etenim ablu*imur*, hoc pasc*imur*, inde sacramur
406 Alloq*iis* de more p*iis*, mensamque petentes.

Adde huc perpaucos concentus trinarum syllabarum extremarum:

V 7 Salu*ifica*, sed in hanc ideo ueni tamen horam;
Clar*ifica*, dixit, nomen tuum. magnaque caelo
88 In D*ominum*, uanis h*ominum* conflata fauillis
148 Damn*atoque* pio conseru*atoque* proteruo.

Quae omnes fere, ut cognoscimus, syllabae verborum extremae inter se consonantes simplicissimi generis sunt, ab artis grammaticae praeceptis ductae, quibus accedit series syllabarum extremarum similium repetitione eorundem verborum nitentium:

II 125 Pectus et infelix *mater* (nec iam modo *mater*
262 *Altera* pars etenim caeli sumus, *altera* terrae
III 42 Peste homines operisque *Dei* uexaret honorem,
Quem norat non esse *Dei*; passimque cateruas
60 Voce simul: *miserere* citus, *miserere,* perimus
165 Sumpsistis *gratis*, cunctis impendite *gratis*
177 Sed Domino tradente gerit, sub nomine *puro*
Suscipiet *puro* dispenset munere, possit [107])
209 *Antiquam* sentire famem, maioribus actis
Antiquam monstrauit opem. tunc alite multa
211 Carnis opima dedit, geminis *modo* piscibus auxit;
Sufficiens tunc manna pluit, *modo* panibus amplum
213 *Quinque* dedit uictum per milia *quinque* uirorum
215 *Maxima* paruorum legio ue *maxima* matrum
252 *Milia* caecorum, claudorum *milia* passim

[107]) Utrumque versum dubium esse censet HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 77.

III 284 Contigit in *mundo* quae non sunt credita *mundo*
298 Inploratque gemens: *unus* mihi filius *unus*
IV 183 Quem uoluit magis esse suum: nam *sabbata propter*
Condita sunt hominem, non est homo *sabbata propter*
V 14 *O gens* caeca oculis, *o gens* durissima corde
150 Auctor mortis erat *iussus* qui sumere lucem,
Auctor lucis erat *iussus* qui sumere mortem
229 Infernas *adit* ille fores, *adit* iste supernas
284 Et uenia regnante peris. *iam* spiritus artus
Liquerat ad tempus, patulo *iam* frigida ligno
312 Et caeli de nube tonat. *quid*, saeue tumultus,
Excubiis deperdis opus? *quid* niteris illam
351 *Plange* sacerdotes, perituros, *plange* ministros
356 *Victima* quae dabitur, cum *uictima* pastor habetur
360 Quae cum clarifico semper sit nomine *mater*,
(362) Luce palam Dominus prius obtulit, ut bona *mater*
413 Parte bono *commendat* oues, *commendat* et agnos
416 Inde sequenda docens, *Pacem* omnes, inquit habete,
Pacem ferte meam, *pacem* portate quietam
Pacem per populos monitis dispergite sanctis
428 *Tartara* post *caelum* penetrat, post *tartara caelum*.

Denique trina versuum verba extrema inter se concordantia legimus loco iam allato:

I 291 Per digesta prius ueteris miracula *legis*
Rettulimus, sancti coniuncto Spiritus *actu*
Quae Genitor socia Nati uirtute *peregit*.
Per digesta rudis necnon miracula *legis*
Dicemus, sancti coniuncto Spiritus *actu*
Quae Natus socia Patris uirtute *peregit*.

Ad formam et quasi naturalem syllabarum extremarum inter se consonantium SEDULII notam accuratius definiendam praeter speciem earum, grammaticam quoque vel logicam earum conditionem inspiciamus oportet. Quod ad hanc attinet, verba similibus syllabis extremis distincta aut inter se cohaerent consonaeque syllabae extremae saepissime se ipsae offerunt, aut verba inter se connexa non sunt. Qui grammaticus vel logicus verborum extremarum syllabarum concentum inter se servantium contextus duplici ratione fieri potest, poeta enim syllabas verborum extremas similes adhibet, ut verba inter se concinere aut discrepare ostendat.

Syllabae verborum extremae inter se concordantes saepissimae vocabulum cum adiectivo evidentius connectunt, ut:

I 18 *Grandisonis* pompare *modis*, tragicoque boatu
22 Plurima *Niliacis* tradant mendacia *biblis*
25 Stare choro et *placidis* caelestia psallere *uerbis*
26 *Clara salutiferi* taceam *miracula Christi*
53 *Tartareo* damnata *cibo*: sed amoena uirectis
59 *Maxima centenum* cumulare per *horrea fructum*
72 Sanguinis *infusum* depellis ab angue *uenenum.*

Similiter vocabulum cum pronomine possessivo, ex. gr.:

I 30 *Facturam* seruire *suam*, cui iure perenni
289 Angelus atque *oculis* praebet miracula *nostris.*

Saepe tamen verba inter se syllabis extremis consonantia secundum logicae artis praecepta iunguntur, ex. gr.:

I 159 Christus erat *panis*, Christus petra, Christus in *undis*
170 Heliam *corui* quondam pauere *ministri*
II 33 Sub dicione *necis*, Christo nascente renasci
Possit homo et ueteris maculam deponere *carnis*
230 *Fortia confringens* Deus et *sapientia perdens*
271 Spondentes manifesta tenet, *grauius*que soluti
Nectimur *alterius* si soluere uincla *negemus.*

Eodem modo poeta saepius complures versus hexametros iisdem verborum syllabis extremis etiam extrinsecus in unum enuntiatum coniungit, velut:

I 72 Sanguinis *infusum* depellis ab angue *uenenum,*
Qui genus *humanum* praeter quos clauserat arca
Diluuii rapida spumantis mole *sepultum*
Vna *iterum* de stirpe creas, ut mystica uirtus
93 Indicio est antiqua fides et cana *priorum*
Testis origo *patrum,* nullisque abolenda per *aeuum*
Temporibus constant *uirtutum* signa *tuarum*
V 418 Pacem per populos *monitis* dispergite *sanctis*
Et mundum uacuate *malis*: gentesque uocari
Finibus e *cunctis,* latus qua tenditur *orbis.*

Quibus exempli causa positis, sententias simili modo versibus expressas omnibus SEDULIANI poematis partibus frequentes inveniri asseveramus.

Haud raro SEDULIUS syllabis consonis ad verborum discrepantiam significandam utitur, opponendo ex. gr. caesuram semiquinariam exitui versuum:

I 174 Nunc bonus *Heliae,* qui perfidus antea *Noe*
204 .... flammis
Ardentis *fidei* restincta est flamma *camini*

I 281 *Risimus* aut *potius* tales *defleuimus actus*
298 Quod simplex *triplicet* quodque est triplicabile *simplet*
324 Iste fidem *ternam,* hic non amplectitur *unam*
325 Ambo errore *pares,* quamquam diuersa *sequentes*
II 27 Culpa dedit *mortem,* pietas daret inde *salutem*
48 Quae noua lux *mundo,* quae toto gratia *caelo*
92 Duxit *adorantes* sacra ad cunabula *gentes*
95 Aurea *nascenti* fuderunt munera *regi*
106 Venimus ad *Christum,* iam non repetamus *iniquum*
151 Non mala ut ipse *gerat,* sed ut ipse nocentia *perdat*
214 Inferiora *petens* et non excelsa *relinquens*
III 39 Fonte latentis *aquae* cecidit uiolentia *flammae*
50 Iam procul a *terris* fuerat ratis actaque *flabris*
286 Ignotos *oculis* uiderunt lumine *cordis*
331 Quantum prona *solo,* tantum fit proxima *caelo*
IV 4 Suscipit *infirmos* et dat discedere *sanos*
26 Atque aliis *largus,* sibi tantum constat *egenus*
V 66 Quid socium *simulas* et amica fraude *salutas*
82 Non reprobando *fidem,* sed praedicendo *timorem*
138 Tunc uir *apostolicus,* nunc uilis apostata *factus*
148 Damnatoque *pio* conseruatoque *proteruo*
179 Suscipiens *tetigit* labiis et ab ore *remouit*
251 Perdita *restituens,* non consistentia *perdens.*

Simili modo SEDULIUS caesuram semiternariam syllabis verborum extremis consonis opponit exitui versus:

II 149 Ecce *Dei* ueniens peccatum tollere *mundi*
176 *Ieiunum* dapibus, sacro Spiramine *plenum*
294 Aut *laeuum* gradiatur iter. sed dextra *bonorum*
III 22 *Praeteritum* cernit quidquid uult esse *futurum*
206 Ima *petunt,* quos Christus alit sine labe *resurgunt*
V 229 *Infernas* adit ille fores, adit iste *supernas;*

vel aliter:

II 121 *Innumerum* patrare nefas puerilia mactat
Milia plangoremque dedit tot matribus *unum.*

Quod idem dicendum est de caesura semiseptenaria exitui versus opposita:

I 315 Nec quo crescat habet, *genitus,* non quippe *creatus*
II 47 Partus adest, clausa *ingrediens,* et clausa *relinquens*
IV 8 Et quidquid natura *negat* se iudice *praestat.*

Item de caesuris post tertium trochaeum et bucolica:

II 288 Si cupimus *uitare* malum, debemus *adire*
289 Sectarique bonum: hic quia *liberat,* ille *trucidat*
V 211 Iudex namque tuens hunc *eligit,* hunc *reprobauit.*

E contrario SEDULIUS exitum versus prioris caesurae versus subsequentis syllabis verborum extremis similibus opponit, velut caesurae semiquinariae:

II 118 Turba perit? cur qui uixdum potuere *creari*
Iam meruere *mori*? furor est in rege cruenti
173 Quod Pater et Natus, quod Spiritus est ibi *sanctus*,
Quo manet *indignus* qui non numerauerit unum
IV 76 Vtere pace mea. Magna est medicina *fateri*
Quod nocet *abscondi*, quoniam sua uulnera nutrit
V 238 Auxiliis orbata patris, laetata per *ortum*,
Maesta per *occasum*. nam lux ut tempore fulsit.

Quod idem fit cum aliis caesuris, sive semiternaria:

I 60 Omnipotens aeterne Deus, spes unica *mundi*,
Qui *caeli* fabricator ades, qui conditor orbis
III 73 Prosiluere uiri, quos non mala daemone *pauco*
Sed *legio* uexabat atrox, nexuque cruento;

sive semiseptenaria:

IV 13 Ni genitor rerum qui mundum lege *cohercet*
Et nulla sub lege *manet*, cui condere uelle est
V 108 Et gallus cecinit; conpleta est sanctio *Christi*,
Et sensus rediere *Petri*: memor ille malorum
283 Semine uipereo culpa genetrice *crearis*
Et uenia regnante *peris*. iam spiritus artus
309 Ponite custodes, monumento aduoluite *saxum*.
Quis poterit seruare *Deum*, cui cardine rerum
332 Illae igitur Dominum calcata uiuere *morte*
Angelica didicere *fide*. perterritus autem;

sive post tertiam arsin:

V 296 Nobilis accepit Domino locus ille *iacente*,
Nobilior *surgente* tamen, generatio fallax.

Caesurae quoque ipsae syllabis verborum extremis consonis mutuo sibi opponuntur:

II 288 Si cupimus uitare *malum*, debemus adire
Sectarique *bonum*: hic quia liberat, ille trucidat
293 Dissociata malis. *dextrum* quicumque necesse est
Aut *laeuum* gradiatur iter. sed dextra bonorum
III 303 Redde *mihi* uel redde *sibi*, ne caeca potestas
IV 239 Cum damnare *parat*, plus *liberat*; omnibus illis
V 136 Pridem *discipulus* qui nunc *reus*, alta relinquens.

Ad extremum binae syllabae consonae mutuo sibi opponuntur, ex. gr.:

I 209 *Aulica depasto* mutans *conuiuia faeno*
250 *Clara serenatis* infundere *lumina terris*.

Ex exemplis propositis efficitur primum: SEDULIUM syllabis extremis inter se consonantibus verba ornare solere, quae secundum artis sive grammaticae sive logicae praecepta connectuntur; secundo: SEDULIUM eiusmodi verba de industria ante caesuras maiores, quae sunt caesurae semiternaria et semiseptenaria, longe frequentissima vero semiquinaria, et in exitu versuum ponere. Quibuscum collatus exiguus apparet numerus syllabarum extremarum similium, quae inter se non cohaerent nec secundum artis grammaticae nec logicae praecepta, quae syllabae verborum extremae consonae saepius in caesuris minoribus, ut sunt caesura post tertium trochaeum et bucolica, quam in maioribus reperiuntur. Conferas ex. gr. sequentes syllabas verborum extremas inter se concordantes in caesura post tertium trochaeum positas:

I 58 Vt messis queat ess*e* Dei mercisque futur*ae*
116 O iusti mens sanc*ta* uiri! pietate remo*ta*
II 42 Fulgebat sacra*ta* dies, cum uirgine fe*ta*
78 Hoc stellam radiar*e* nouam. ferus arbiter aul*ae*
224 Discipulos iubet ess*e* suos talesque supern*ae*
III 194 Cui uocem lumenqu*e* tulit, triplicique furor*e*
202 Quae Domino miserant*e* iuges post octo decemqu*e*
248 Vox humilis, sed cels*a* fides, quae sospite nat*a*
283 O meritum sublim*e* trium, quibus illa uider*e*
IV 99 Dumque Tyri transgress*us* iter, Sidonia rurs*us*
104 Adtactu patuer*e* fores, laetusque repent*e*
253 In lucem sine luc*e* ruit. tunc sanguinis ill*e*
286 Et tremuit letal*e* chaos, mortisque profund*ae*
293 Qui pompae mortal*is* honor, rapidisque quadrig*is*
V 317 A Domino dominant*e* trahit primusque uider*e*
397 Lucida sunt praecept*a* Dei, quibus omnis in ill*a*.

Vel syllabas extremas consonas caesurarum post tertium trochaeum binis versibus hexametris continuis:

I 337 En signo sacrat*a* crucis uexilla coruscant,
En regis pia castr*a* micant, tuba clamat erilis
III 108 Singultu quatient*e* ualens: miserere parentis
Orbati, miserer*e* senis, modo filia, dicens
V 307 Posse suam reuocar*e* magis: peioribus aptos
Consiliis armat*e* dolos, signate sepulchrum.

Vel rariores caesuras bucolicas cum exitu versuum eodem modo concordantes:

I 30 Facturam seruire suam, cu*i* iure perenn*i*
III 119 Perdiderat proprium pariter c*um* sanguine cens*um*
V 186 Suppliciumque dedit signum mag*is* esse salut*is*.

Vel solae caesurae bucolicae binis versibus continuis extremis verborum syllabis concentum servantes:

IV 172 Post Pharisaeorum cuiusd*am* principis intrat
Clarificare domum, non esc*am* sumere tantum
V 346 Cum mora sit furtis contrari*a*, cautius ergo
Cum Domino potuere magis su*a* lintea tolli.

Quas syllabas verborum extremas similes cum antecedentibus collatas tenues atque summissas auribus percipi, praesertim quas iisdem versibus syllabae verborum extremae fortius et clarius inter se consonantes obruant, quis est, qui non intelligat? Si tamen SEDULIUS verba secundum artis grammaticae vel logicae praecepta cohaerentia similibus syllabis extremis connectere consuevit, syllabae verborum extremae inter se consonantes, quibus utitur, figura potius rhetorica quam poetica agnoscuntur. Quod idem de hymno illo iambico, qui *de Vita Christi* inscribitur, dicendum videtur addito tamen, quod syllabae versuum extremae illius hymni simul ad singulorum versuum exitum designandum atque ad memoriam iuvandam positae sunt. SEDULIUS similiter ac veteres carminum scriptores[108]) syllabas verborum extremas consonas magis ad animi sensum apertius exprimendum quam ad versus exornandos adhibet, quod quidem in carminibus mediae aetatis poetarum fit, quippe qui propter studium venustae formae versus extremis verborum syllabis inter se consonantes faciunt nulla saepius habita eorundem verborum cohaerentiae grammaticae vel logicae ratione. Quod ad hoc attinet syllabae verborum extremae consonae carminum SEDULIANORUM nihil differunt ab iisdem syllabis, quae in operibus eius soluta compositis

[108]) MUELLER, *De re metrica* p. 570: „In his omnibus semper probe observatum figuram esse rhetoricam illam, non poeticam... Iam fines qualescumque ordinum metricorum sive incisione versus sive exitu effecti vel siqua alia iunguntur figura ea, de qua dicitur, isdem fere condicionibus, quibus medii pentametri cum ultimis, solent concinnari (cf. Lachm. ad Prop. I 5, 20), simili ut sint exitu aut in uno enuntiato substantivum cum adiectivo suo (sive, qui idem valet, genetivo) vel nomen cum verbo vel enumerando continuata aut in diversis parilitate vel oppositione sive alia necessitudine inter se copulata“. — Cf. p. 101 nostrae commentationis.

oratione reperiuntur, ex. gr. in libris, quibus SEDULIUS suum *Carmen Paschale* oratione soluta retractavit [109]) quibusque titulum *Opus Paschale* dedit [110]), pronuntiata syllabis verborum extremis similibus distincta haud pauca nobis occurrunt, quorum nonnulla, ut CANDEL in commentatione sua probavit, ex commemorato poemate plus minusve integra excerpta esse videtur [111]):

Praef. accubitare nost*ris* non dedignatus in to*ris*
Carm. Praef. 2 Dignatus nost*ris* accubitare to*ris*
Praef. uarietate gemmat*is* flauescunt nectare*is* sua mella cum cer*is*
Carm. 13 Cerea gemmat*is* flauescunt mella canistr*is*
Op. I 2 si uelis glacial*ibus* segetes annuas flauere tempor*ibus*
Carm. I 83 Si iubeas medi*is* segetes arere pruin*is*
Op. I 17 uicerunt imagine*um* poena deficiente supplici*um*
Carm. I 203 Cordis imagine*ae* uincunt incendia poen*ae*
Op. III 6 sic etiam leui*um* praepes natura uentor*um*
Carm. III 69 Mouerunt auid*as* uentorum gaudia pinn*as*
Op. III 22 suisque neru*is* et motibus organa debili*um* statuit temperata membror*um*
Carm. III 256 Et reuocata su*is* adtemperat organa neru*is*
Op. III 24 nec ardens cau*o* ponitur lucerna sub modi*o*
Carm. III 276 Vrbs in monte se*dens,* modio nec subditur ar*dens*
Op. III 25 At postquam corpore*um* Dominus resumpsit aspect*um*
Carm. III 293 Postquam corporeos uir*tus* regressa per ar*tus*
Op. IV 22 qui sidere*um* cum Patre moderatur imperi*um*
Carm. IV 308 Qui regit aetheri*um* princeps in principe regn*um*
Op. V 3 numquam nox*ios* aut pax coniurat in glad*ios*
Carm. V 68 Numquam terribil*es* aut pax coniurat in ens*es*
Op. ibid. aut lupus oscula porrigit agn*o* truculenta mitissim*o*
Carm. V 69 Aut truculenta pi*o* lupus oscula porrigit agn*o*
Op. V 15 Igitur alt*o* patibuli defixus in lign*o*

---

109) *Epist. ad Macedonium,* vide HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 171: „Praecepisti, reuerende mi domine, pascalis carminis textum, quod officium purae deuotionis simpliciter exsecutus uobis obtuli perlegendum, in rhetoricum me transferre sermonem... priores igitur libri, quia uersu digesti sunt, nomen *PASCHALIS CARMINIS* acceperunt, sequentes autem in prosam nulla cursus uarietate conuersi, *PASCHALIS* designantur *OPERIS* uocabulo nuncupati".

110) HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 175—303.

111) *De clausulis a SEDULIO... adhibitis* p. 143: „Idem clausularum pondus efficit ut in SEDULIANA prosa tanquam in Carmine esse possint eae sonorum geminationes quas nunc homoeoteleuta siue rimos uocamus: quae ideo ponuntur ut in comprehensionibus uerba uerbis quasi demensa et paria respondeant atque eiusdem uersus pars prior concinat cum posteriore. Incredibile est quam crebri sint apud SEDULIUM eiusmodi rimi".

Carm. V 182 Protinus in patul*i* suspensus culmine lign*i*
Op. V 18 inter latron*es* namque iusto pendente carnific*es*
Carm. V 205 Inter carnific*es* sancto pendente latron*es*
Op. V 33 non uult inquir*i*, non uult sua facta cognosc*i*
Carm. V 389 Non uult agnosc*i*, non uult sua facta requir*i* [112]).

Nec igitur perperam iudicat Theodorus MAYR dicendo SEDULIUM poetam quodam modo rhetoricum esse [113]).

[112]) CANDEL p. 145 sq. — Karl POLHEIM, *Die lateinische Reimprosa* p. 278: „SEDULIUS reimt in der Prosa wie in der Poesie". — Cf. Henri BORNECQUE, *Les clausules métriques,* vide *Journal des Savants,* nouv. sér. 4, Paris 1906, p. 528 sq.

[113]) *Studien zu dem Paschale Carmen des christlichen Dichters SEDULIUS* p. 97: „SED. ist ein rhetorischer Dichter mit allen Vorzügen und Schwächen eines solchen. Die Topik der alten Apologeten, die in den Rhetorenschulen erlernten Schmuckmittel der Rede, all das ist unserem SED. nicht fremd".

IV. DE SEDULII CARMINIBUS DISTICHIS CONDITIS

Duo sunt carmina a SEDULIO imparibus modis ficta, quorum alterum *Carminis Paschalis* prooemium obtinet, cui poeta *Praefationis* indicem fecit, alterum vero Elegia est, quae in vetustis codicibus manu scriptis *Collatio Veteris et Novi Testamenti* inscribitur, cui tamen HUEMER in editione sua titulum *Hymnus I* fecit, dum hymnum iambicum, a verbis *A solis ortus cardine* initium ducentem, *Hymnus II* inscripsit. Quae carmina propter diversam eorum formam separatim tractanda suscepimus. Arta enim versuum distichi cohaerentia grammatica atque metrica, quae inter versum hexametrum et pentametrum intercedit[1]), diversam nonnihil eorum inquirendi rationem suadet. Syllabas verborum extremas inter se consonantes iam in carminibus a veteribus poetis distichis

[1]) Ernst EICHNER, *Bemerkungen über den metrischen und rhytmischen Bau, sowie über den Gebrauch der Homoeoteleuta in den Distichen* p. 1: „Auch die rhythmische Einheit des Distichon ist längst nicht bloss gefühlt, sondern auch ausgesprochen. Schon die lateinischen Elegiker mussten den Charakter der Strophe, ihr rhythmisches Ethos erkennen, das volle Bewusstsein und Verständniss desselben in sich aufgenommen haben, sonst hätten sie es in ihren Dichtungen nicht so fein und getreu zum Ausdruck bringen, nicht so bewusst und streng festhalten können. OVID wenigstens, der Meister unter den römischen Elegikern, spricht den Charakter des Distichons in klaren Worten aus, wenn er sagt (*Amor.* I 1, 27)::

Sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat.

Und das bekannte Distichon SCHILLERS:

Im Hexameter steigt des Springquells flüssige Säule,
Im Pentameter drauf fällt sie melodisch herab,

drückt nicht bloss dieselbe Erkenntniss von der metrischen Einheit und dem rhythmischen Ethos des Distichons aus, sondern weiss dieselbe auch poetisch und treffend zur Anschauung zu bringen. Gewiss ist dieses Ansteigen und Hinabfallen der Charakter der elegischen Strophe: darin liegt es begründet, dass das Distichon, wie rhythmisch, so auch grammatisch einen Abschluss findet, dass es ein einheitliches Ganzes bildet; daraus müssen auch die metrischen Beobachtungen über das Distichon ihren Ausgangs- und Gesichtspunkt gewinnen".

compositis saepius inveniri Ernestus EICHNER in suis commentationibus peculiaribus probavit[2]). Si tamen MANITIUS censet SEDULIUM in *Hymno I* rarius quam in reliquis suis carminibus ornamento hoc uti[3]), sententiam eius commentitiam esse sequentibus demostrabimus.

SEDULII *Hymnus I* praecipuae artis compositione eminet[4]), quatenus, primo disticho excepto, per epanalepsin, ut dicitur, contextus est, prius scilicet hemistichium versus hexametri posteriore hemistichio versus pentametri ex integro resumitur[5]), ex. gr. versus 3—4:

Primus ad ima ruit magna de luce superbus:
Sic homo, cum tumuit, *primus ad ima ruit.*

Quia hoc modo fit, ut extrema prioris hemistichii versus hexametri syllaba semper eadem sit ac extrema posterioris hemistichii versus pentametri syllaba, de his nil aliud dicemus.

Quod ad versus hexametros attinet, easdem verborum syllabas extremas consonas legimus, de quibus supra iam accuratius tractavimus. Primum igitur versus cum syllabis verborum extremis solutis inter se consonantibus habemus:

H I 45 Vincis honor*e* Dei promisso in mun*ere* gentes
75 Sanguine laet*a* redit fuso gens impi*a* Christi.

Primum versus hexametri verbum cum aliis syllabis extremis solutis consonans invenitur:

---

[2]) *De poetarum Latinorum usque ad AUGUSTI aetatem distichis quaestionum metricarum particulae duae,* Soraviae 1866, p. 2. — *Bemerkungen über den metrischen und rhythmischen Bau* p. 29 sq.

[3]) *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 311: „Da diese poetische Form gewissermassen selbst schon gereimt ist, so wird hier der bei SEDULIUS sonst so häufige Reim nur wenig verwendet".

[4]) HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 155 — 162.

[5]) Cf., quod de hac SEDULIANI carminis forma scripserunt: EBERT, *Geschichte der christlich-lateinischen Literatur* p. 363. — HUEMER, *De SEDULII poetae vita et scriptis* p. 50. — LEIMBACH, *Caelius SEDULIUS und sein Carmen paschale* p. 41. — MANITIUS, *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 310. — MUELLER, *De re metrica* p. 582. — Sisto COLOMBO, *La Poesia christiana antica.* Parte I. *La Poesia latina,* Roma 1910, p. 161. — JORDAN, *Geschichte der altchristlichen Literatur* p. 493. — TEUFFEL, *Geschichte der römischen Literatur* vol. III p. 462. — Pierre de LABRIOLLE, *Histoire de la littérature latine chrétienne,* Paris 1920, p. 636. — SIGERSON, *The Eastern Song being the first Epic of Christendom by SEDULIUS* p. 226. — RABY, *A history of christian-latin Poetry* p. 109. — RAUSCHEN, *Zarys Patrologji* p. 268.

H I 41 Distr*uit* arca Dei, muros dum circ*uit*, hostem
51 Pond*era* du*ra* tulit mandatum legis et iram
57 Gaudi*a* magn*a* Dei mundus percepit et ambit
59 Sign*a* mouent populos, cernunt magnali*a* caeci
61 Asper*a* mors populis ligno deduct*a* cucurrit
65 Vi*ta* bea*ta* necem miseris auertere uenit
77 Crimin*a* cunct*a* suis terrenus contulit auctor
81 Forti*a* uincl*a* dedit peccati saeua potestas
101 Grati*a* plen*a* Dei est, quae totis gentibus extat.

Exitus versus cum altera verbi syllaba extrema concordat:

H I 33 Lex dedit indicium ueteris d*e* crimin*e* poen*ae*
57 Gaudia magna Dei munus percep*it* et amb*it*.

Caesura semiternaria cum altera verbi syllaba extrema soluta concentum servat:

H I 1 *Cantemus*, socii, Domino, *cantemus* honorem.

Item caesura semiquinaria:

H I 87 Pellitur umbra di*e*, Christo uenient*e* figura
103 Sola columba red*it*, quae totum circu*it* orbem.

Aeque caesura semiseptenaria:

Pr 11 Illic inuenies quidqu*id* mare nutr*it* edendum.

Similiter caesura post tertium trochaeum:

H I 11 Transitus ille monet, qu*id* prima amis*it* origo.

Denique etiam caesura bucolica:

H I 3 Primus ad ima ruit magna d*e* luc*e* superbus.

Verbum versus hexametri primum cum caesura semiseptenaria concinit:

H I 53 Virg*o* Maria nitet null*o* temerante pudore.

Maioris momenti sunt syllabae caesurarum extremae cum exitu versuum consonantes, et semiternaria quidem semel:

Pr 5 Sed modic*ae* contentus adi sollemnia mens*ae*.

Aeque caesura semiquinaria:

Pr 3 Pone supercili*um* si te cognoscis amic*um*
7 Aut si magn*arum* caperis dulcedine re*rum*
9 Nobilium nitid*is* doctorum uescere cen*is*.

Quibus verbum primum versus cum paenultimo concordans accedit:

Pr 13 Cere*a* gemmat*is* flauescunt mell*a* canistr*is*.

Eadem caesura semiquinaria syllabis verborum extremis assonantibus cum exitu versus saepius coniungitur:

H I 19 Claudicat ecce uid*e*ns Dominum, dum praeualet, haer*es*
53 Virgo Maria nit*e*t nullo temerante honor*e*
55 Filius hic homin*is* fit maxima quaestio mund*i*
57 Gaudia magna De*i* mundus percepit et amb*it*
61 Aspera mors popul*is* ligno deducta cucurr*it*
79 Libera corda sib*i* facinus deuinxerat ol*im*
83 Iam super astra sed*e*t, cuncti exultate fidel*es*
93 Passio, Christe, tu*i* conpleuit munera leg*is*.

Similiter caesura semiseptenaria cum exitu versus concentum syllabarum extremarum servat:

H I 29 Murmurat impietas, mann*a* ueniente refect*a*
97 Munus erit fidei tot*o* credentibus aeu*o*.

Item caesura bucolica:

H I 35 En lapis inriguus, satiar*e*, incredule, font*e*
63 Ipse tulit Dominus pro poen*is* munera seru*is*
89 Te properare docent et sign*a* et saecula prim*a*
107 Visio, Christe, tui torment*um* et poena malor*um* est.

Item quinta thesis cum exitu versus concordat:

H I 105 Adueniet Dominus dare digna pi*is*, mala prau*is*.

Extremum versus verbum cum primo extremarum syllabarum concentum servat:

H I 3 Prim*us* ad ima ruit magna de luce superb*us*.

Neque desunt caesurae solae inter se consonantes, ut semiternaria cum semiseptenaria:

Pr 1 Paschal*es* quicumque dap*es* conuiua requiris.

Eadem caesura cum bucolica:

Pr 9 Nobili*um* nitidis doctor*um* uescere cenis.

Similiter caesura semiquinaria cum semiseptenaria extremis verborum syllabis concinit:

H I 39 Regna beata Patr*is* leg*is* non contigit heres
49 Maxima dona De*i* cunct*i* cecinere prophetae
95 Hic homo qui Deus *est*, spes *est* antiqua priorum.

Item caesura semiquinaria cum bucolica:

H I 47 Tu decus omne tu*is*, qui stern*is* caede Goliam.
99 Te ueniente De*us* mundan*us* concidit error
109 Gloria magna Patr*i*, semper tib*i* gloria, Nate.

Quos extremarum syllabarum concentum usurpandi modos omnes iam supra in SEDULIANO *Carmine Paschali* plus minusve cognovimus.

Aliqua ex parte alia est ratio syllabarum extremarum inter se consonantium, quibus versus pentametri exornantur, respectu diversae pedum eorum structurae. Sunt igitur versus pentametri cum syllabis verborum extremis similibus solutis, velut:

H I 44 Siccum tot*a* madens are*a* uellus habet
52 Grati*a* mundati pond*era* d*ura* tulit
56 Nobiscum De*us* est fili*us* hic hominis
98 Qui ded*it* ut credant, munus er*it* fidei.

Syllaba extrema verbi similis soluta cum exitu versus concordat:

Pr 4 Nec quaeras opus hic cod*icis* artif*icis*.

Caesura minor prioris hemistichii cum exitu versus consonat:

Pr 8 Diuiti*as*que magis deliciosus am*as*.

Maxima est vis, si de versibus pentametris agitur, caesurae in exitu prioris hemistichii positae, quapropter circa eam potissimum syllabae verborum extremae similes disponuntur, perinde solutae, velut:

H I 46 Affectum nat*ae* uincis honor*e* Dei
74 Suscepit prim*us* hic popul*us* Dominum;

ac versum finientes, ut:

Pr 6 Plusque libens anim*o* quam satiare cib*o*
10 Quorum multiplic*es* nec numerantur op*es*
12 Quidquid terra cre*at*, quidquid ad astra uol*at*.

Restant syllabae verborum extremae consonantes et assonantes inter versum hexametrum et pentametrum intercedentes, et primum quidem syllabae verborum extremae similes solutae versus hexametri cum diairesi versus pentametri concentum servantes:

H I 45 Vincis honor*e* Dei promisso in muner*e* gentes:
Affectum nat*ae* uincis honore Dei

H I 69 Mors fera per hominem miserum sibi subdid*it* orbem:
Subdita congemu*it* mors fera per hominem.

Pari modo syllaba verbi extrema similis soluta versus hexametri cum caesura minore prioris hemistichii versus pentametri concordat:

H I 77 Crimina cuncta suis terrenus contul*it* auctor:
Dissolu*it* Christus crimina cuncta suis.

Caesura post tertium trochaeum versus hexametri cum primo verbo versus pentametri similiter sonat repetitione eiusdem verbi:

H I 11 Transitus ille monet, *quid* prima amisit origo:
Quid uentura parent, transitus ille monet.

Exitus versus hexametri cum primo verbo versus pentametri concinit:

H I 57 Gaudia magna Dei mundus percepit et amb*it*:
Respu*it*, heu, mundus gaudia magna Dei
65 Vita beata necem miseris auertere uen*it*:
Pertul*it* a miseris uita beata necem.

Extremum versus hexametri verbum in priore hemistichio versus pentametri repetitur:

H I 41 Distruit arca Dei, muros dum circuit, *hostem*:
Sic *hostem* mundi distruit arca Dei.

Sequuntur caesurae utriusque versus inter se consonantes syllabis verborum extremis, ut caesura semiquinaria versus hexametri cum diairesi versus pentametri:

H I 1 Cantemus, soc*i*, Domino, cantemus honorem,
Dulcis amor Christ*i* personet ore pio.

Quibus ratione epanalepsis tertia syllaba verbi consona in exitu versus pentametri adiungitur:

H I 3 Primus ad ima *ruit* magna de luce superbus:
Sic homo, cum tum*uit*, primus ad ima *ruit*
H I 41 Distruit arca De*i*, muros dum circuit, hostem:
Sic hostem mund*i* distruit arca De*i*
59 Signa mouent popul*os*, cernunt magnalia caeci:
Nulla tamen dur*os* signa mouent popul*os*
99 Te ueniente, De*us*, mundanus concidit error:
Occidit hic mund*us* te ueniente, De*us*.

Quod similiter fit syllaba extrema verbi assonante loco consonantis ante caesuram versus pentametri:

H I 11 Transitus ille mon*e*t, quid prima amisit origo:
Quid uentura par*en*t, transitus ille mon*e*t
31 Plebs sibi dura cap*u*t terrae cultoris adoptat:
Abstulit, heu, Christ*u*m, plebs sibi dura cap*u*t
51 Pondera dura tul*i*t mandatum legis et iram:
Gratia mandat*i* pondera dura tul*i*t
73 Hic populus Domin*u*m dura ceruice negauit:
Suscepit prim*u*s hic populus Domin*u*m
81 Fortia uincla ded*i*t peccati saeua potestas:
Dulcis amor Christ*i* fortia uincla ded*i*t
87 Pellitur umbra di*e*, Christo ueniente figura:
Christus adit gent*e*s, pellitur umbra di*e*
101 Gratia plena Dei *e*st, quae totis gentibus extat:
Abscedant sect*ae*, gratia plena Dei *e*st
103 Sola columba red*i*t, quae totum circuit orbem:
Discedant coru*i*, sola columba red*i*t
107 Visio, Christe, tu*i* tormentum et poena malorum est:
Gloria cuncta bon*i*s uisio, Christe tu*i*.

Extrema versus pentametri syllaba cum caesura utriusque versus assonat:

Pr 15 At nos exigu*um* de paupere carpsimus horto,
Rubra quod adposit*um* testa ministrat, hol*us*.

Perinde caesura semiquinaria versus hexametri cum eiusdem exitu et idcirco cum exitu versus pentametri consonat:

H I 15 Sume, pater, popul*os* pro nati uulnere cunct*os*:
Cum tradis Christum, sume, pater popul*os*
17 Hostia summa Pat*ris*, tacitis signata figu*ris*:
Quam reserat Christus, hostia summa Pat*ris*
69 Mors fera per homin*em* miserum sibi subdidit orb*em*:
Subdita congemuit mors fera per homin*em*.

Omnia distichi hemistichia eadem syllaba extrema ornantur sequentibus versibus:

Pr 13 Cerea gemmat*is* flauescunt mella canistr*is*
Conlucentque su*is* aurea uasa fau*is*
H I 71 Suscitat ecce ge*nus* morti pater ille profa*nus*:
Ad uitam Christ*us* suscitat ecce ge*nus*.

Quod idem fit syllabis verborum extremis assonantibus vicem consonantium explentibus:

H I 25 Agnus ab hoste sac*e*r reuocauit sanguine patr*e*s:
Sanguine nosque ref*e*rt agnus ab hoste sac*e*r

H I 43 Area uellus hab*e*t, madido sed uellere sicca *e*st:
Siccum tota mad*e*ns area uellus hab*e*t.

Neque in SEDULIANIS distichis desunt syllabae hemistichiorum extremae similes quasi decussatae, et repetitione quidem eorundem verborum nitentes:

H I 23 Perfide, corde *peris*, dum uastant omnia *plagae*:
Dum cessant *plagae*, perfide corde *peris*
75 Sanguine laeta *redit* fuso gens impia *Christi*
Gustato *Christi* sanguine laeta *redit*.

Quod simili modo fit extremis verborum syllabis assonantibus, velut:

H I 9 Frater iniquus *erat* iustum qui perculit ol*i*m:
Damnator Christ*i* frater iniquus *erat*
21 Reppulit ille *famem*, uenitus crimine fratr*u*m:
Venditus est Christ*u*s, reppulit ille *famem*
37 Carpitur igne *sacro* munus uotumque pior*u*m:
Seditiosa trib*u*s carpitur igne *sacro*
45 Vincis honore *Dei* promisso in munere gent*e*s:
Affectum nat*ae* uincis honore *Dei*
65 Vita beata *necem* miseris auertere uen*i*t:
Pertulit a miser*i*s uita beata *necem*
67 Lumen adesse *Dei* persensit tartarus ing*e*ns:
Nec cernunt homin*e*s lumen adesse *Dei*
105 Adueniet *Dominus* dare digna piis, mala prau*i*s:
Credite iam miser*i*, adueniet *Dominus*.

Caesura quoque semiseptenaria versus hexametri cum diairesi versus pentametri simili extremarum syllabarum sono connectitur:

Pr 7 Aut si magnarum caper*i*s dulcedine rerum
Diuitiasque mag*i*s deliciosus amas
H I 7 Sola fuit mulier, patu*i*t quae ianua leto:
Et qua uita red*i*t, sola fuit mulier
19 Claudicat ecce uidens Domin*u*m, dum praeualet, heres:
Aspera gens Christ*u*m claudicat ecce uidens
37 Carpitur igne sacro mun*u*s uotumque piorum:
Seditiosa trib*u*s carpitur igne sacro
79 Libera corda sibi facin*u*s deuinxerat olim:
Nunc reficit Christ*u*s libera corda sibi.

Quod etiam repetitione eiusdem verbi efficitur, velut:

H I 5 Vnius ob meritum *cuncti* periere minores:
Saluantur *cuncti* unius ob meritum

H I 13 Arca leuatur aquis, *homines* ut perderet aequor:
Ne pereant *homines*, arca leuatur aquis
57 Gaudia magna Dei *mundus* percepit et ambit:
Respuit, heu, *mundus* gaudia magna Dei
61 Aspera mors populis *ligno* deducta cucurrit:
Aufertur *ligno* aspera mors populis.

Quibus exeunte versu hexametro syllaba extrema consonans adicitur:

H I 65 Vita beata necem *miseris* auertere uen*it*:
Pertulit a *miseris* uita beata necem.

Semel syllaba extrema caesurae semiseptenariae versus hexametri in exitu versus pentametri resonat:

H I 1 Cantemus, socii, Domin*o*, cantemus honorem,
Dulcis amor Christi personet ore pi*o*.

Item syllaba verbi extrema ante caesuram semiseptenariam versus hexametri cum caesura minore prioris hemistichii versus pentametri concordat:

H I 75 Sanguine laeta redit fus*o* gens impia Christi:
Gustat*o* Christi sanguine laeta redit.

Semel atque iterum caesura bucolica versus hexametri cum diairesi versus pentametri extremarum syllabarum concordiam servat, ut:

H I 19 Claudicat ecce uidens Dominum, d*um* praeualet, heres
Aspera gens Christ*um* claudicat ecce uidens
81 Fortia uincla dedit pecca*ti* saeua potestas:
Dulcis amor Chris*ti* fortia uincla dedit
99 Te ueniente, Deus, mundan*us* concidit error:
Occidit hic mund*us* te ueniente, Deus.

Quibus extrema syllaba primi versus pentametri verbi tertia similis additur:

H I 21 Repulit ille famem, uen*itus* crimine fratrum:
Vend*itus* est Chris*tus*, reppulit ille famem.

Tertium est, quod exitus versus hexametri cum diairesi et exitu versus pentametri consonat:

Pr 1 Paschales quicumque dapes conuiua requi*ris*,
Dignatus nost*ris* accubitare to*ris*.

Quod ad exitus versuum non consonantes nisi inter se attinet, in neutro carmine inveniuntur.

Propendet concentus unius syllabae extremae, ut sequitur:

Pr 6 Plusque libens anim*o* quam satiare cib*o*
H I 15 Sume, pater, popul*os* pro nati uulnere cunct*os*.

Vel formae perfectioris consonantibus quoque litteris, quae vocales praecedunt, inter se concinentibus:

Pr 7 Aut si magna*rum* caperis dulcedine re*rum*
H I 17 Hostia summa Pat*ris*, tacitis signata figu*ris*.

Binarum etiam syllabarum extremarum concentus, imperfectus quidem, reperitur versibus sequentibus:

Pr 1 Pasch*ales* quicumque d*apes* conuiua requiris
Dignatus n*ostris* accubitare t*oris*
Pone supercil*ium* si te cognoscis am*icum*
H I 1 Cantemus, socii Dom*ino*, cantemus honorem,
Dulcis amor Christi personet ore p*io*
60 Nulla tamen d*uros* signa mouent pop*ulos*.

Semel tantum binae syllabae verborum extremae perfecte inter se consonantes nobis occurrunt:

H I 4 Sic homo, cum tum*uit*, primus ad ima r*uit*.

Praeter eas, quae epanalepsi nituntur, sequentes quoque syllabae verborum extremae consonae ab eorundem verborum repetitione ducuntur:

H I 5 Vnius ob meritum *cuncti* periere minores:
Saluantur *cuncti* unius ob meritum
13 Arca leuatur aquis, *homines* ut perderet aequor:
Ne pereant *homines*, arca leuatur aquis
23 Perfide, corde peris, dum uastant omnia *plagae*:
Dum cessant *plagae*, perfide, corde peris
41 Distruit arca Dei, muros dum circuit, *hostem*:
Sic *hostem* mundi distruit arca Dei
57 Gaudia magna Dei *mundus* percepit et ambit:
Respuit, heu, *mundus* gaudia magna Dei
61 Aspera mors populis *ligno* deducta cucurrit:
Aufertur *ligno* aspera mors populis
65 Vita beata necem *miseris* auertere uenit:
Pertulit a *miseris* uita beata necem
95 Hic homo qui Deus est, *spes* est antiqua priorum:
Spes in fine piis hic homo, qui Deus est.

SEDULII *Hymnus I* sententiarum contentione compositus est, quatenus rei gestae e libro Veteris Testamenti versu hexametro prolatae, poeta subsequenti versu pentametro aliam

rem gestam e libro Novi Testamenti opponit, quam rerum contentionem interdum simul syllabis verborum extremis consonis insignit, velut:

H I 7 Sola fuit mulier, *patuit* quae ianua leto:
Et qua uita *redit*, sola fuit mulier
37 Carpitur igne sacro *munus* uotumque piorum:
Seditiosa *tribus* carpitur igne sacro
77 Crimina cuncta suis *terrenus* contulit auctor:
Dissoluit *Christus* crimina cuncta suis
79 Libera corda sibi *facinus* deuinxerat olim:
Nunc reficit *Christus* libera corda sibi
81 Fortia uincla dedit *peccati* saeua potestas:
Dulcis amor *Christi* fortia uincla dedit.

Neque desiderantur aliae verborum similiter desinentium contentiones, quae uno eodemque versu continentur:

Pr 6 Plusque libens *animo* quam satiare *cibo*
12 Quidquid terra *creat*, quidquid ad astra *uolat*
H I 42 Sic hostem *mundi* distruit arca *Dei*
100 Occidit hic *mundus* te ueniente, *Deus.*

Denique notae sunt omnibus normae illae, secundum quas, ut LACHMANN opinatur[6]), veteres Latinorum carminum scriptores in distichis condendis verba extremis syllabis inter se consonantia disponere solebant. SEDULIUS normas has aliquantum sequi dici potest. Legimus enim in carminibus SEDULIANIS versus, in quibus secundum primam LACHMANNI normam verba ante versus pentametri diairesin et in exitu posita sibi mutuo opponuntur:

Pr 6 Plusque libens *animo* quam satiare *cibo*
H I 42 Sic hostem *mundi* distruit arca *Dei*
100 Occidit hic *mundus* te ueniente, *Deus.*

Secunda LACHMANNI norma grammatica vel logica verborum similiter desinentium cohaerentia requiritur; velut:

Pr 1 Dignatus *nostris* accubitare *toris*
14 Conlucentque *suis* aurea uasa *fauis*
H I 72 Ad uitam *Christus* suscitat ecce *genus.*

Tertia norma coniunctionem vocabuli cum adiectivo respicit:

Pr 10 Quorum *multiplices* nec numerantur *opes*
H I 60 Nulla tamen *duros* signa mouent *populos.*

---

6) *Sex. Aurelii PROPERTII carmina* (Lipsiae 1816) p. 22.

Norma quarta, cuius nullum apud SEDULIUM exemplum nobis occurit [7]), omissa quinta norma ponit, ut in exitu hemistichii utriusque verbum temporale sit:

Pr 12 Quidquid terra *creat*, quidquid ad astra *uolat*
H I 4 Sic homo cum *tumuit*, primus ad ima *ruit*
12 Quid uentura par*ent*, transitus ille mon*et*.

SEDULIUS ergo, quod ad has normas attinet, etiam veteris artis poeticae principes imitari videtur.

Ex quibus affatim conficitur frequentiam extremarum syllabarum consonarum in elegia SEDULII epanaleptica, quae *Hymnus I* inscribitur, minime esse minorem quam in aliis eius carminibus, quapropter contrariae MANITII opinioni, ut supra diximus [8]), assentiri non possumus. Addere autem iuvat SEDULIUM ambo distichi versus unum quid atque integrum tractando, extremas verborum syllabas inter se consonantes consulto per omnia hemistichia disponere, ut versus pentameter cum hexametro artius iungatur, quod iam a veteribus poetis Latinis rarius quidem factum esse EICHNER observavit [9]).

---

[7]) Ibid.: „Genitivus adjectivi loco ponatur".

[8]) Cf. p. 123 nostrae commentationis.

[9]) *De poetarum Latinorum usque ad AUGUSTI aetatem distichis* p. 2: „Minime autem praetermittenda est res quaedam ad perspiciendam distichi naturam satis magni momenti quam quum fusius explanare propter loci angustias non liceat, paucis tamen quin attingamus facere non possumus. Huc enim spectat incognita adhuc quaedam quam in homoeoteleutis usurpandis poetae elegiaci secuti sunt ratio. Ut metrici unitate ut ita dicam distichi neglecta in utroque versu perscrutando acquieverunt, sic etiam ii, qui de homoeoteleutorum apud poetas elegiacos usu quaesiverunt, et hexametrum et pentametrum separatim tractaverunt.... Missa illa alterius versus ab altero seiunctione quid impedit quominus non solum I (sc. hemistichium) cum II et III cum IV coniungi homoeoteleutis dicamus, sed etiam I cum III, I cum IV, II cum III, II cum IV? Persaepe profecto leguntur disticha, ubi unaquaeque homoeoteleutorum ratio separatim locum teneat". — Idem, *Bemerkungen über den metrischen und rhythmischen Bau p.* 36: „Man sieht, auch die euphonische Rücksicht führte zu demselben Streben, wie die grammatische und metrische, nämlich die Worte nach den Reihen oder Halbreihen von einander zu sondern. Sind die beiden auf einander bezüglichen Worte für den Gedanken wichtig, so treten sie an das Ende der Reihen, verbinden diese durch die zwischen beiden Worten stattfindende Beziehung und machen durch gleiche Ausgänge diese innerliche Beziehung auch äusserlich hörbar. Man darf also, wie es scheint, weder behaupten, dass diese Endungen zunächst und ausschliesslich ihrer selbst wegen herbeigeführt und gesucht, noch dass sie von den Dichtern ohne Bewusstsein und Absicht angewandt und vertheilt wurden. Vielmehr stellt sich der Gebrauch der Homoeoteleuta nach unsern Ausführungen dar als ein durch den metrischen Bau des Distichons bedingter, durch grammatische und euphonische Rüchsichten unterstützter".

V. CONCLUSIO

Laboriosa atque diffusa inquisitione, quam modo ad finem perduximus, comprobavimus, quod alii philologi magis generatim et summatim iam exposuerunt, syllabas scilicet verborum extremas inter se consonantes in SEDULIANIS carminibus insoliti pro tempore et pro re esse momenti; singula tamen sequendo universamque syllabarum extremarum similium copiam recensendo ad ulteriora atque accuratiora consectaria pervenimus. Initium nobis hymnus iambicus erat, qui *de Vita Christi* inscribitur, cuius, ut omnium fere philologorum in unum congruere sententias audivimus, omnes paene versus extremis syllabis consonant, quia quattuor tantum versuum exitus cum aliis omnino non concordantes reperiuntur. Quae verborum syllabae extremae consonae omnes perfectionis gradus a simplicissimo unisyllabo usque ad bisyllabum, ut verissime dicitur, concentum complectuntur. Sequitur SEDULIUM frequentationem quidem similium syllabarum extremarum amare, de earum tamen forma parum laborare, et quod si ita sit, verba „syllabae extremae inter se consonantes" in carminibus eius pertractandis latissime patere. Quapropter nulla causa est in reliquis SEDULII carminibus inquirendis vocabulo huic aliam notionem subiciendi et, si hac ratione SEDULII *Carmen Paschale* excutimus, minimum quattuor quintas partes universi versuum hexametrorum numeri (1442 scilicet pro 1754) extremis verborum syllabis inter se concordantes agnoscere possumus. In *Hymno* I eodem modo plus quam duas e tribus versuum partibus (76 pro 105), si hemistichia ratione epanalepsis similiter desinentia omittamus, in *Praefatione* vero *Carminis Paschalis* omnia disticha plus minusve inter se consonantia invenimus, quod numeros notatos ab aliis philologis rationem non ducentibus nisi versuum, qui verissime leonini dicuntur, permultosque alios versus extremis verborum syllabis inter se consonantes silentio negligentibus, quos ex nostra quidem sententia omittere omnino non licet, quatenus de extremarum

syllabarum consonarum in SEDULII carminibus usu recte iudicare volumus, aliquantum superat. Similium syllabarum extremarum formae apud SEDULIUM diversissimae apparent; alias numero longe vincunt concentus unius syllabae, quibus addendae sunt haud paucae syllabae verborum extremae assonantes, dum binarum syllabarum extremarum concordia non invenitur nisi raro, similiter exiguus est numerus syllabarum extremarum consonarum, quarum similis sonus a repetitione eiusdem verbi ducitur. Insuper syllabae verborum extremae inter se concordantes, fere omnes secundum artis grammaticae praecepta formatae, simplicissimae reperiuntur; SEDULIUS enim syllabas consonas elegantes non quaerit, sed eas excipit atque adhibet, quae permagno numero verborum Latinorum iisdem litteris desinentium exsistunt. SEDULIUS syllabas verborum extremas similes sive ad verba secundum artis grammaticae vel logicae cohaerentia artius connectenda sive ad verba non congruentia mutuo efficacius opponenda adhibet. SEDULIANAE igitur syllabae verborum extremae inter se consonantes notam evidenter rhetoricam habent, quam eandem extremis verborum syllabis consonis, quibus oratio eiusdem aetatis soluta saepius ornabatur[1]), inesse cognoscimus, cuius rei testis est ipse SEDULIUS iisdem verborum syllabis extremis scripta sua soluta oratione condita, quibus *Epistola ad Macedonium* [2]) et *Opus Paschale* [3]) indices sunt, distinguendo [4]).

Sublimior et difficilior iam ars animos audientium apto syllabarum extremarum similium sono movendi SEDULIO addici non potest. Exigua huius artis rudimenta SEDULIUM extremarum syllabarum similium vim potius praesensisse, quam re ipsa novisse docent.

Quae summatim iam nota hic retractavimus, quia permagna materia congesta subtilius et dilucidius ea exposuisse

---

1) POLHEIM, *Die lateinische Reimprosa* p. 201 sq. — De AUGUSTINO ex. gr. ibidem p. 236, et NORDEN, *Die antike Kunstprosa* p. 621 sq. — Cf. etiam quod Carolus KRUMBACHER, *Geschichte der byzantinischen Literatur*, München 1897, p. 701 de Graecis scriptoribus dicit: „Von solchen Assonanzen in der Prosa war kein grosser Schritt zur Anwendung des rhetorischen Reimes in der Poesie".

2) HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 171.

3) Ibidem p. 175.

4) CANDEL, *De clausulis a SEDULIO... adhibitis* p. 143 sq.

censuimus et quia metuimus, ne quid his omissis deesset commentationi peculiari de SEDULIANORUM carminum syllabis verborum extremis inter se consonantibus.

Graviora argumenta ex nostra commentatione colliguntur de SEDULII auctoritate in extremarum syllabarum similium Latinarum incrementis fovendis. Non deerant philologi, qui a SEDULIO novam quasi syllabarum extremarum concentum servantium aetatem inchoarent, quorum tamen opinio accuratiore definitione eget. In maius rem extolleremus affirmare audentes SEDULIUM omnium primum extremarum syllabarum consonarum usum in Latina carmina induxisse, quia dicta nostra cum litterarum Latinarum historia discreparent. Iam enim veterum Latinorum poetarum in carminibus sat perspicua extremarum syllabarum inter se consonantium rudimenta apparent [5]), quod quidem WÖLFFLIN veteres Latinorum carminum conditores in extremis verborum syllabis similibus excolendis nihil fecisse nec quidquam facere voluisse affirmando negare operam navavit [6]), celeberrimum tamen philologum, quod ad syllabarum harum rudimenta attinet, nimium postulare supra iam diximus [7]). Hermannus USENER autem syllabas verborum extremas consonas in veteribus Latinis carminibus non inveniri nisi in versibus septenariis falso censet [8]). Contra vera videtur sententia MUELLERI dicentis syllabas verborum extremas inter se concordantes in vetere Latina arte poetica non esse tanti momenti quam in nostrae aetatis carminibus [9]); concedi etiam potest non omnia syllabarum extremarum inter se consonantium exempla a GRIMMO in commentatione compluries iam commemorata [10]) allata rectum locum habere, ut NORDEN

---

[5]) Praeter auctores supra iam commemoratos cf. etiam Maximiliani KAWCZYŃSKI, *Essai comparatif sur l'origine et l'histoire des rythmes,* Paris 1889, p. 94: „Il est vrai que la rime n'est pas employée, dans la poésie métrique, à la manière de COMMODIEN et de saint AUGUSTIN, toutefois, elle s'y trouve et dans une forme plus parfaite".— MUELLER, *De re metrica* p. 567 sq.

[6]) *Der Reim im Lateinischen* p. 358: „Die klassische Poesie hat absolut nichts im Reime geleistet, d. h. nichts leisten wollen".

[7]) Cf. p. 5 nostrae commentationis.

[8]) *Reim in der altlateinischen Poesie,* vide *Kleine Schriften* vol. II, Leipzig-Berlin 1913, p. 255. — Cf. Carl WEYMAN in *Wochenschrift für klassische Philologie,* Berlin 1889, col. 1105 sq.

[9]) *Der Saturnische Vers und seine Denkmaeler,* Leipzig 1885, p. 74.

[10]) *Zur Geschichte des Reims* l. c.

obicit[11]), attamen sententia longe maioris philologorum partis contemnenda non videtur, cui contra WÖLFFLINI et USENERI opiniones extremas verborum syllabas similes, quamquam minus frequentes et perfectas, nonnumquam etiam a poetis scienter positas, in veterum Latinorum scriptorum carminibus haud dubie inveniri agnoscunt ad eorumque studium se conferunt. Ceteroquin nec WÖLFFLINUM nec USENERUM extremarum syllabarum consonarum apud veteres Latinos poetas, quamquam alia forma, usum pernegasse ex supra dictis efficitur[12]).

Inter christianos similiter priorum saeculorum poetas erant, qui in extremis verborum syllabis inter se concordantibus adhibendis SEDULIUM antecedebant. Quin etiam christianorum scriptorum carmina copiosius quam veterum extremis verborum syllabis similibus ornabantur[13]); si ergo GRIMM de poetis Latinis a saec. IV usque ad VI viventibus, SEDULIO non excepto, aliter tenet[14]), recte eum STRECKER impugnat.[15]). De reliquo sufficit nobis indicasse, quae de extremarum syllabarum consonarum apud singulos christianorum carminum scriptores usu MANITIUS[16]) et RABY[17]), de dimetris autem iambicis iisdem syllabis ornatis praecipue HUEMER[18]) scripserunt, ut extremarum syllabarum inter se consonantium apud poetas christianos, quos illae in carminibus ad sensum popularem vulgaremque accommodandis iuvabant, frequentiam etsi tarde, tamen sine intermissione augeri cognoscamus[19]).

Quae cum ita sint, poetas Latinos tam veteres quam

---

11) *Die antike Kunstprosa* p. 829.

12) KAWCZYŃSKI, *Porównawcze badania nad rytmem i rytmami* p. 142: „W rozprawie: *der Reim im Lateinischen,* w której WÖLFFLIN, mimo że wyklucza rymy fleksyjne..., czuje się wszelako zniewolonym przyznać wcale liczne rymy w tej literaturze“.

13) Cf. praeter alios iam commemoratos auctores Ferdinandi WOLFI, *Über die Lais, Sequenzen und Leiche,* Heidelberg 1841, p. 161.

14) *Zur Geschichte des Reims* p. 268.

15) *Studien zu Karolingischen Dichtern* p. 216. — Cf. p. 40 nostrae commentationis.

16) *Geschichte der christlich lateinischen Poesie* p. 15 et multis aliis locis.

17) *A history of christian-latin Poetry* p. 14 et alibi.

18) *Untersuchungen über den iambischen Dimeter* p. 26 sq.

19) SPIEGEL, *Untersuchungen über die älteste christliche Hymnenpoesie* p. 32 annot 2.

christianos carmina et hymnos suos iam ante SEDULIUM extremis verborum syllabis similibus exornasse constat; verum, dum in carminibus poetarum priorum syllabas has quaeramus oportet, quia rarius nobis occurrunt, SEDULII extremae verborum syllabae consonae permagno suo numero ipsae offeruntur; similiter, si priores carminum conditores easdem syllabas verborum extremas semper scientes et prudentes adhibuisse certo existimari noon possunt, de SEDULIO propter permagnum earundem syllabarum numerum iisque utendi modum nemini dubium esse potest poetam nostrum carmina sua consilio et lubenter extremis verborum syllabis inter se concordantibus distinxisse. Vero iam COMMODIANUS, si modo poeta hic christianus saec. III inserendus est, ut contra Henricum BREWERUM [20]), eiusque sectatores [21]), qui COMMODIANUM saec. IV vel V. vixisse, contendunt [22]), traditam persuasionem sectantes doctissimi litterarum christianarum aestimatores perseverant [23]), aeque ac AUGUSTINUS ante SEDULIUM carmina sua extremis verborum syllabis consonis exornabant; est tamen, quod inter hos carminum scriptores et nostrum SEDULIUM differat. COMMODIANUS, si syllabas verborum extremas similes dispersim occurrentes omittimus [24]), modo pro temporum conditione insolito tria sua carmina, quae libris, quibus titulus *Instructiones per litteras versuum primas* est [25]), continentur, exornavit, quae

[20]) *KOMMODIAN von Gaza. Ein Arelatensischer Laiendichter aus der Mitte des fünften Jahrhunderts,* vide *Forschungen zur christlichen Literatur- und Dogmengeschichte* vol. VI fasc. 1 - 2, Paderborn 1906. — Idem, *Die Frage um das Zeitalter KOMMODIANS,* vide *Forschungen* vol. X fasc. 5 (1910).

[21]) Ex. gr. JORDAN, *Geschichte der altchristlichen Literatur* p. 48 annot. 1, et *Nachträge* p. 502. — Gustavus KRÜGER in recentissima editione SCHANZII, *Geschichte der römischen Litteratur* vol. IV 2, p. 397. — GUDEMAN, *Geschichte der altchristlichen lateinischen Literatur* p. 101. sq.

[22]) Cf., quod de statu quaestionis scribit WEYMAN, *Die Zeit KOMMODIANS,* vide *Beiträge zur Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 1 sq. et 292.

[23]) LABRIOLLE, *Histoire de la littérature latine chrétienne* p. 246.— Umberto MORICCA, *Storia della letteratura latina cristiana* vol. I, Torino 1925, p. 583. — WEYMAN, *Die Zeit KOMMODIANS* p. 2. — RABY, *A history of christian-latin Poetry* p. 11.

[24]) MANITIUS, *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 30. — MORICCA, *Storia della letteratura latina cristiana* p. 602.

[25]) *COMMODIANI carmina* rec. Bernhardus DOMBART [CSEL XV], Vindobonae 1887, p. 1 - 112.

sunt: *Instr.* lib. II carm. 8, cuius omnes versus in litteram *e* exeunt[26]); *Instr.* lib. II carm. 27, cuius versus omnes similiter in vocalem *i* cadunt[27]), excepto versu primo in litteram *e* excidente, ad quem L. HAVET[28]), eiusque auctoritatem sequens etiam DOMBART aliam coniecturam vocali *i* nitentem proponunt[29]); *Instr.* lib. II carm. 39, cuius versus omnes littera *o* finiuntur[30]). Primi carminis, cui index *Paenitentibus* est, verba ex. gr. legenda apponimus:

Paenitens es factus: noctibus diebusque precar*e*,
Attamen a matre noli discedere long*e*,
Et tibi misericors poterit Altissimus ess*e*,
Non fiet in uacuum confusio culpae proind*e*,
In reatu tuo sorde manifesta defler*e*,
Tu si uulnus habes altum, medicumque requir*e*,
Et tamen in poenis poteris tua damna lenir*e*.
Namque fatebor enim unum me ex uobis adess*e*
Terroremque item quondam sensisse ruin*ae*.
Idcirco commoneo uulneratos cautius ir*e*,
Barbam (atque) comam foedare in puluere terr*ae*
Volutarique saccis et petere summo de Rege,
Subuenire tibi, ne pereas forte de pleb*e*[31]).

Cuius carminis extremas versuum syllabas eodem semper sono concordare videmus, quae a philologis nostrorum temporum *tirades* vel *Tiradenreim* vocantur, quod similiter fit in AUGUSTINI carmine, cui *Psalmus contra partem DONATI* titulus est[32]), cuius primam stropham una cum versu intercalari, quem AUGUSTINUS *hypopsalma* appellat[33]), transscribendam curamus:

---

26) Ibidem p. 69.

27) Ibidem p. 97.

28) Cf. *Revue de Philologie,* Paris 1887, p. 45, ubi HAVET versum hunc legi vult, ut sequitur:

Tota Deo facite illaesa officia reddi.

29) *Telesticha bei COMMODIAN,* vide *Archiv für lat. Lexikographie* VI 1889, p. 272, ubi DOMBART lectionem sequentem monstrat:

Tota Deo reddite inlaesa sacra, ministr*i*.

30) DOMBART, *COMMODIANI carmina* p. 110.

31) Ibidem p. 69.

32) H. J. ROSE, *St. AUGUSTIN as a forerunner of medieval hymnology,* vide *The Journal of Theological Studies* XXVIII 1927, p. 383—392.

33) *Sancti Aureli AUGUSTINI Retractationum libri duo,* rec. Pius KNOLL [CSEL XXXVI], Vindobonae-Lipsiae 1902, p. 96: „Iste psalmus sic incipit:

Omnes, qui gaudetis de pace, modo verum iudicate,

quod eius ypopsalma est".

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicat*e*.

Abundantia peccatorum solet fratres conturbar*e*.
propter hoc dominus noster uoluit nos praemoner*e*
comparans regnum caelorum reticulo misso in mar*e*
congreganti multos pisces omne genus hinc et ind*e*.
quos cum traxissent ad litus, tunc coeperunt separar*e*,
bonos in uasa miserunt, reliquos malos in mar*e*.
quisquis nouit euangelium, recognoscat cum timor*e*.
uidet reticulum ecclesiam, uidet hoc saeculum mar*e*;
genus autem mixtum piscis iustus est cum peccator*e*;
saeculi finis est litus: tunc est tempus separar*e*;
qui modo retia ruperunt, multum dilexerunt mar*e*;
uasa sunt sedes sanctorum, quo non possunt peruenir*e*.

Omnes qui gaudetis de pace, modo uerum iudicat*e* [34]).

Omnes 267 versus huius psalmi eundem semper in litteram *e* vel *ae* exitum habent. Quid erat, quod ambo carminum conditores has nulla varietate delectantes extremas verborum syllabas consonas pertinaciter repetendo volebant? Primum respiciendum est syllabarum quantitatem ab utroque poeta negligi. COMMODIANUS, ut iam GENNADIUS animadvertit [35]), hexametros versus componebat nulla quantitatis syllabarum ratione habita, quod VROOM [36]) contra MEYERUM [37]) probavit. Similiter AUGUSTINUS unoquoque versu sedecim syllabas computat ceterum quantitatem earum nihil curando [38]). Loco versuum legis et modificationis in tantum relaxatae uterque poeta extremas verborum syllabas inter se consonantes carminibus

---

[34]) *Sancti Aureli AUGUSTINI scripta contra DONATISTAS,* pars I, rec. M. PETSCHENIG [CSEL LI], Vindobonae-Lipsiae 1908, p. 3.

[35]) HIERONYMUS und GENNADIUS *De viris illustribus,* ed. Carl Albrecht BERNOUILLI, Freiburg-Leipzig 1895, p. 66: „COMMODIANUS dum inter saeculares litteras etiam nostras legit, occasione accepta fidei, Christianus effectus est et uolens aliquid studiorum suorum muneris offerre Christo suae salutis auctori scripsit mediocri sermone quasi uersu aduersum paganos".

[36]) *De COMMODIANI metro et syntaxi* p. 31: „COMMODIANI versus in artis poeticae historia locum tenent magni momenti. Is enim primus in carminibus hexametris satis longis quantitatis curam nullam habens solum rythmum classicum imitari conatus est".

[37]) *Anfang und Ursprung der lateinischen und griechischen rythmischen Dichtung,* vide *Gesammelte Abhandlungen* vol. II p. 6: „Im Cäsurschluss und im Zeilenschluss beobachtet er Regeln, aber nicht die des Accentes, sondern nur die der Quantität".

[38]) MEYER ibd. p. 23: „Von Beobachtung der Quantität ist auch im Schlusse keine Rede".

suis inserit, quae eundem constanter sonum repetentes versuum exitum significarent et sic quodam modo repudiatae prosodiae vicem implerent. Ambo poetae carmina sua extremis verborum syllabis similibus exornantes haud dubie de rudium quoque memoria sublevanda cogitabant. COMMODIANI enim carmina monitis ad Dei cultum pertinentibus constant[39]), quae veram Christi doctrinam sequentes audiendo memoriae infigerent[40]); sunt autem philologi, qui COMMODIANI syllabas versuum extremas similes mera ludibria poetica iudicant, ut WÖLFFIN[41]), KAWCZYŃSKI[42]), NORDEN[43]), cui assenti-

[39]) Ferdinand PROBST, *Lehre und Gebet in den drei ersten christlichen Jahrhunderten,* Tübingen 1871, p. 288: „Poetischen Schwung besitzt COMMODIANUS nicht, die Sprache ist hart und prosaisch, seine Hexameter kümmern sich wenig um das Metrum. Die Gedanken, obwohl alltäglich, sind gesund und ein frommes Herz, das warm für Christenthum und Kirche schlägt, offenbart der Verfasser überall". — MANITIUS, *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 31 - 38: „COMMODIAN zeigt sich hier als tüchtigen Kenner der Bibel und besonders als sachkundigen Ausleger der christlichen Moral. Er will das entschieden gesunkene christliche Leben seiner Gemeinde wieder heben und ich habe die Vermutung, dass er als Inhaber eines geistlichen Amtes diese kleinen Gedichte denjenigen durch Vortrag bekannt gemacht hat, an welche sie sich richteten. Dann mögen sie gesammelt und zu einem Ganzen vereinigt worden sein". — MORRICA, *Storia della letteratura latina cristiana* p. 587 sq. — RABY, *A history of christian-latin Poetry* p. 13 sq.

[40]) Wilhelm CASPARI, *Die literargeschichtliche Stellung der ersten christlichen Dichter,* vide *Neue Kirchliche Zeitschrift* XVI 1905, p. 463: „Aber ein Ringen nach neuen Formen kann man ihm nicht nachsagen. Das Akrostichon im Munde eines Lehrers der Moral und Religion ist eine solche nicht; gerade da enthüllt es seine wahre Natur als eines mnemotechnischen Hilfsmittels, eines graphischen Textschmucks". — GUDEMAN, *Geschichte der altchristlichen lateinischen Literatur* p. 103: „Wenn COMMODIAN in solchen erbaulichen Lehren in einigen Kapiteln alle Verse auf *e* -so auch im *Abecedarius* des AUGUSTINUS! —, auf *i* oder *o* enden lässt, so möchte man zu seinen Gunsten annehmen, dass derartige, an AUSONIUS erinnernde Spielereien, zu denen die Acrosticha ja auch gehören, ebenfalls der leichteren Einprägung dienen sollten".

[41]) *Der Reim im Lateinischen* p. 373: „Es sind einsilbige Flexionsreime der geringsten Sorte, lauter Ablative der zweiten Deklination, ein unfruchtbares Kunststück nicht einmal durch Dative, Adverbia auf *o,* Präsentia auf *o* oder Imperative auf *to* variiert".

[42]) *Porównawcze badania nad rytmem i rytmami* p. 138: „Był to wirtuoz, który próżnym się czując prawdziwego poetycznego talentu, wysilał się tem więcej na rymotwórcze sztuczki. Kiedy inni przestawali na tem, aby początek każdego wiersza skrępować z góry przeznaczoną literą,

tur VROMM [44]. SPIEGEL de AUGUSTINI syllabis versuum extremis inter se consonantibus idem tenet [45]), cui tamen WÖLFFLIN adversatur [46]). AUGUSTINI psalmus, quod eius versus intercalaris docet, qui est:

Omnes qui gaudetis de pace, modo *uerum iudicate*,

Christianae legis studiosis carmen erat, quo in ore populi falsa DONATISTARUM doctrina impugnaretur; AUGUSTINUS ergo tam ad exitum versuum significandum [47]), quam ad memoriam audientium iuvandam verborum syllabas similes usurpavit [48]) eadem de causa, ob quam psalmi sui strophas per littera-

---

on w tej samej dążności poszedł dalej i podobną trudność nałożył końcom wierszy".

[43]) *Die antike Kunstprosa* p. 864 annot 1: „Die Tiradenreime bei COMMODIAN, AUGUSTIN, PSEUDOCYPRIAN... sind, wie mir scheint (cf. auch SPIEGEL l. c. 35), als blosse Spielerei (bei AUGUSTIN auch mnemotechnisch) gesondert zu nehmen und nicht als erste Anfänge des eigentlichen Reims zu betrachten".

[44]) *De COMMODIANI metro et syntaxi* p. 33 annot. 1.

[45]) *Untersuchungen über die älteste christliche Hymnenpoesie* p. 34: „Reime in unserem Sinne finden wir zum erstenmale als Spielerei bei COMMODIAN... und in dem *Psalmus contra partem DONATI* von S. AUGUSTINUS..., der alle 267 Langzeilen seines Gedichtes, wahrscheinlich um das Versende zu kennzeichnen, auf *e* ausklingen liess. Als poetisches Schmuckmittel jedoch oder gar als Erfordernis der Dichtkunst wurde der Reim von beiden nicht empfunden".

[46]) *Zur Alliteration und zum Reime,* vide *Archiv für lat. Lexikographie* III 1886, p. 455: „Was nun aber immer deutlicher hervortritt, das ist, dass AUGUSTIN, um seinen Worten Nachdruck zu geben, Reim und Wortspiel viel konsequenter verwendet hat als seine Vorgänger".

[47]) KAWCZYŃSKI, *Porównawcze badania nad rytmem i rytmami* p. 161: „W miejsce opuszczonej katalektyczności, domyślać się możemy, dał adsonancyą, aby naznaczyć pauzę wiersza, któryby inaczej przy wygłaszaniu zlewał się z następnym, jak proza". — SPIEGEL, *Untersuchungen über die älteste christliche Hymnenpoesie* p. 34: *„Psalmus contra partem DONATI* von S. AUGUSTINUS..., der alle 267 Langzeilen seines Gedichtes, wahrscheinlich um das Versende zu kennzeichnen, auf *e* ausklingen liess".

[48]) GRIMM, *Zur Geschichte des Reims* p. 309: „Durch alle Abschnitte des nahe aus dreihundert Langzeilen bestehenden Gedichts geht unveränderlich (um, wie es scheint, das Auswendiglernen zu erleichtern) der Endreim *e*". — NORDEN, *Die antike Kunstprosa* p. 865: „Bei AUGUSTIN auch mnemotechnisch". — GUDEMAN, *Geschichte der altchristlichen lateinischen Literatur* p. 103 (vide supra p. 141 annot. 40).

rum ordinem disposuit[49]). Qui aequabilis extremarum syllabarum consonarum usus in carminibus tam Latinis[50]) quam Romanis[51]) posteriorum temporum reducitur quidem, ad tempus tamen et in omnes minus pervulgatum quam aliae extremarum syllabarum consonantium formae, quatenus poetae posteriores longe plurimi non a COMMODIANO nec ab AUGUSTINO, sed potius a SEDULIO extremas verborum syllabas consonas in carminibus adhibendi modum acceperunt.

Ex quibus efficitur extremas verborum syllabas consonas in COMMODIANI et AUGUSTINI carminibus naturali necessitate e versuum structura non efflorescere, verum quasi extrinsecus iis allaboratas esse, dum SEDULIANAE verborum syllabae extremae similes e carminum versibus quasi excrescunt atque cum iisdem artius coaluerunt, quod ex sequenti carminum collatione evidentius patebit. Quod quidem ad hymnum iambicum, qui a verbis *A solis ortus cardine* incipit quique ad sensum popularem vulgaremque accommodatus postea re ipsa carmen in ore populi factus est, attinet, SEDULIUS, syllabis verborum extremis inter se consonantibus eadem de causa ac poetae proxime commemorati studuisse cogitari potest, praesertim cum AUGUSTINUM secutus hymnum suum in

---

[49]) KNOLL, *S. A. AUGUSTINI Retractationum libri duo* p. 96: „Volens etiam causam DONATISTARUM ad ipsius humillimi uulgi et omnino imperitorum atque idiotarum notitiam peruenire et eorum, quantum fieri per nos posset, inhaerere memoriae, psalmum, qui eis cantaretur, per latinas litteras feci, sed usque ad V litteram, quales abecedarias appellant, tres uero ultimas omisi, sed pro eis nouissimum quasi epilogum adiunxi, tamquam eis mater adloqueretur ecclesia. ypopsalma etiam, quod respondetur, et prooemium causae, quod uoluimus ut cantaretur, non sunt in ordine litterarum; earum quippe ordo incipit post prooemium. ideo autem non aliquo carminis genere id fieri uolui, ne me necessitas metrica ad aliqua uerba, quae uulgo minus sunt usitata, conpelleret. — Cf. etiam DU MÉRIL, *Poésies populaires latines* p. 82. — KAYSER, *Beiträge zur Geschichte und Erklärung der ältesten Kirchenhymnen* p. 244. — MANITIUS, *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 13. — Guido Maria DREVES, *Die Kirche der Lateiner in ihren Liedern,* Kempten-München 1908, p. 27. — RABY, *A history of christian-latin Poetry* p. 20.

[50]) W. MEYER, *Der Ludus de Antichristo* p. 283: „Nicht häufig sind in dieser Periode (saec. scilicet XII et XIII) Tiraden".

[51]) STENGEL, *Romanische Verslehre* p. 77: „Unentschieden mag bleiben, ob es eine Zeit gegeben hat, in welcher die epische Dichtung der Romanen jede strophische Gliederung verschmähte und alle Zeilen auf dieselbe Assonanz ausgehen liess".

litteras digesserit, tametsi extremas versuum syllabas eodem semper modo sonantes contemnens unaquaque fere stropha extremas versuum syllabas similes suo commodo variat. In reliquis tamen carminibus suis SEDULIUS iam suum quoddam institutum consequitur. SEDULII extremae verborum syllabae concentum servantes non apparent forma extrinsecus assumpta laxam versuum structuram fulciens, cum versus SEDULIANI recta syllabarum quantitate servata tali firmamento minime indigeant, sed SEDULIUS extremas verborum syllabas consonas ad carmina sua exornanda adhibet sciens et prudens, ubicumque de eorum venustate augenda agitur. Poemata enim sua SEDULIUS non in vulgi, sed ut ipse in *Epistola* sua *ad MACEDONIUM* scripsit, in eruditorum gratiam pangebat, ut eos versuum elegantia ad vera, quae Christiana doctrina tradit, praecepta cognoscenda alliceret [52]), in quo extremarum syllabarum concordantium frequentia iuvari volebat, quarum in eiusdem aetatis oratione soluta, ut iam supra dictum est [53]), studiosi in dies augebantur. SEDULIUS artificio quodam et elegantia, non utilitatis causa, ut COMMODIANUS, et AUGUSTINUS, iisdem syllabis utens probe potissimum percepit syllabas verborum extremas inter se consonantes, quo clarius sonent, non veloci dicendi cursu deprimendas, sed potius opportuno atque idoneo loco ponendas esse, quales praeter ceteros caesurae et exitus versuum sunt, ubi voce legentis atque audientium intentione immorante, extremae verborum syllabae similes re ipsa clarius sonant et, praesertim cum

---

[52]) HUEMER, *SEDULII opera omnia* p. 4: „Cur autem metrica uoluerim haec ratione conponere, non differam breuiter expedire. raro, pater optime, sicut uestra quoque peritia lectionis adsiduitate cognoscit, diuinae munera potestatis stilo quisquam huius modulationis aptauit, et multi sunt quos studiorum saecularium disciplina per poeticas magis delicias et carminum uoluptates oblectat. hi quicquid rhetoricae facundiae perlegunt, neglegentius adsequuntur, quoniam illud haud diligunt: quod autem uersuum uiderint blandimento mellitum, tanta cordis auiditate suscipiunt, ut in alta memoria saepius haec iterando constituant et reponant. horum itaque mores non repudiandos aestimo, sed pro insita consuetudine uel natura tractandos, ut quisque suo magis ingenio uoluntarius adquiratur Deo, nec differt qua quis occasione inbuatur ad fidem, dum tamen uiam libertatis ingressus non repetat iniquae seruitutis laqueos, quibus antea fuerat inretitus. hae sunt, pater egregie, nostri operis causae, non superuacuae, sicut didicisti, sed commodae".

[53]) Cf. p. 135 nostrae commentationis.

constantibus intervallis saepius repetantur, fortius et explanatius audiuntur. Quae certe causa erat, cum SEDULIUS hymnum suum iambicum, qui a verbis *A solis ortus cardine* ducitur, extremis verborum syllabis consonis non ornaret nisi in exitu singulorum versuum dimetrorum [54]). Eadem de causa in carminibus suis dactylicis SEDULIUS extremas verborum syllabas inter se concordantes solutas tam paucas adhibuit, quarum numerus quinquaginta vix excedit, omissis nimirum eiusmodi syllabis, quae una cum mixtis et caesuris vel exitui versuum astrictis inveniuntur, quia extremae verborum syllabae concentum servantes solutae per se tenues commemoratis syllabis similibus fortioribus penitus ferme deprimuntur. Iam frequentius extremae verborum syllabae inter se consonantes mixtae, ex solutis scilicet et vinctis compositae, in SEDULII carminibus leguntur. Attamen ceteras longe superant apud SEDULIUM extremae verborum syllabae similes caesuris et exitui astrictae, quae, ut supra diximus [55]), reliquis omnibus clarissime audiuntur.

Haud difficile intellectu est SEDULIUM extremas verborum syllabas concordantes fortiores exilioribus praeferre, saepissime igitur caesurae semiquinariae cum exitu versuum simi-

---

[54]) MANITIUS, *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 311: „Zweitens ist der Reim hier schon sehr stark ausgebildet; er fehlt nur in einer einzigen Strophe (Vers 81 ff.), sonst ist er meistens ganz durchgeführt oder die Verse sind doch in der Mehrzahl gereimt. So tritt uns hier der Reim, wie in den Hexametern des SEDULIUS durchaus als beabsichtigt entgegen, er ist ein integrierender Bestandteil der Strophe“.— NORDEN, *Die antike Kunstprosa* p. 865: „Die Tiradenreime bei COMMODIAN, AUGUSTIN, PSEUDOCYPRIAN... sind, wie mir scheint... gesondert zu nehmen und nicht als erste Anfänge des eigentlichen Reims zu betrachten. Dieser beginnt erst mit SEDULIUS“. — GUDEMAN, *Geschichte der altchristlichen lateinischen Literatur* p. 110: „Der Hymnus unterscheidet sich formell von dem ambrosianischen insbesondere darin, dass er fast durchgängig den Reim anwendet, und zwar scheint SEDULIUS der erste gewesen zu sein, der mit Bewusstsein dieses Klangmittel als Kunstgriff in die metrische Technik eingeführt hat, denn die zahlreichen gereimten Verse, die sich auch bei anderen Dichtern dieser Epoche finden, verschwinden unter der Masse und waren schwerlich beabsichtigt, um besondere Wirkungen zu erzielen. SEDULIUS ahnte freilich nicht, von welch ungeheurer Tragweite diese unscheinbare Neuerung dereinst werden sollte“.

[55]) Cf. p. 9 nostrae commentationis.

liter sonantes reperiuntur, quorum numerus dimidiam paene partem omnium SEDULII extremarum syllabarum similium complectitur [56]). Secundum locum satis frequentes caesurae semiternariae et semiseptenariae cum exitu versuum vel inter se consonantes tenent. Denique exiguus est numerus caesurarum minorum, ut sunt caesurae post tertium trochaeum et bucolicae, quae extremis verborum syllabis consonis ornantur. Non ita multae extremae syllabae similes inveniuntur, quibus exitus versuum hexametrorum sive binorum sive plurium inter se connectuntur, multo enim saepius extremae versuum syllabae cum iisdem syllabis caesurarum cohaerent, ex quibus efficitur SEDULIUM non tam diversos versus hexametros inter se coniungere, quam potius singulorum versuum cola vel hemistichia extremis verborum syllabis similibus artius colligare voluisse. Ultro SEDULIUM primos aeque ac extremos sui *Carminis Paschalis* capitulorum versus de industria extremis verborum syllabis consonantibus exornare iam probavimus. Pro 125 enim, addita *Praefatione,* 75 capitulorum versus primi et 115 capitulorum versus extremi syllabas verborum extremas consonantes habent. Operae plurimum studiique SEDULIUS in ipsa *Praefatione,* cuius omnes versus syllabis verborum extremis similibus distinxit, perinde ac in extremis librorum I, IV, V versibus hexametris iisdem syllabis exornandis insumpsit, quasi qui easdem carminis partes praecipuas grandiores habere vellet. Accedunt artificiosiores extremarum syllabarum similium compositiones, ut satis frequentes concentus primi et paenultimi versus verbi una cum concordia caesurae semiquinariae atque exitus versus; ut extremae verborum syllabae inter se consonantes aequidistantes et decussatae; ut carmen per modum epanalepsis contextum, cuius compositionis ratio prius versus hexametri hemistichium posteriore versus pentametri hemistichio repetens continuos extremarum syllabarum concentus elicit. Quem pro temporum conditione solito maiorem earundem syllabarum numerum earumque tam diversa et quodam modo iam artificiosa genera spectando quis tandem crederet omnia haec casu fortuitoque facta esse? Vel concesso permagnum, quibus Latina

---

[56]) MANITIUS, *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 17: „Diese (scilicet versus hexametri leonini) traten aber schon bei SEDULIUS sehr häufig auf".

ars grammatica abundat, extremarum syllabarum similium numerum et aequalem fere versuum hexametrorum atque pentametrorum partitionem extremarum syllabarum concentus frequentationem admodum iuvasse, tamen omnibus argumentorum punctis in unum collectis evincitur SEDULIUM extremarum syllabarum inter se consonantium ornamentum valde adamasse eaque de re in carminibus suis pangendis studio et amore adhibuisse.

Si quis autem SEDULIUM non usque versus extremis verborum syllabis consonantes facientem, sed versibus iisdem syllabis ornatis versus earundem concentu carentes interponentem vituperaret, non recte faceret, quia hacce de re existimandum est ex praeceptis eiusdem aetatis artis poeticae, quae poema nostrarum temporum modo omnibus versibus consonans factum audientes non delectare, sed iisdem taedium afferre docent, quod quidem BEDA VENERABILIS profitetur de ipsius SEDULII versibus hexametris extremis verborum syllabis consonantibus distinctis scribendo: „Non tamen hoc continuatim agendum, verum post aliquot interpositos versus. si enim semper uno modo pedes ordinabis, et versus, tametsi optimus sit, status statim vilescit“ [57]). Quae ratio non convertebatur nisi post plura saecula, cum usque ad finem saec. XI haud multa poemata Latina, quorum omnes versus extremis verborum syllabis consonarent, reperiantur [58]).

SEDULIUS extremas verborum syllabas similes, quae ad eius usque tempora ornamentum versuum satis rarum inventu erant, vulgarem communemque artem redidit, quae in posterum idem valebit, ac praecepta poetica [59]). Simul autem SEDULIUS in

---

[57]) *De arte metrica,* vide KEIL, *Grammatici Latini* vol. VIII p. 244.

[58]) W. MEYER, *Der Ludus de Antichristo* p. 280: „Eine sehr wichtige Eigenschaft des Reims in dieser Periode (saec. scilicet XII et XIII) ist die, dass er regelmässig stehen muss, während er in der ersten Periode nur ein Zierrat war, welcher auch fehlen konnte“. — Idem, *Anfang und Ursprung der lateinischen und griechischen rhythmischen Dichtung* p. 124: „Dagegen zeigt schon das Gedicht des PSEUDOCYPRIAN (cui *de Resurrectione mortuorum* index est, c. a. 500 scriptum) eine Verarmung der Reime nach zwei Richtungen. Viele Verse haben gar keinen Reim. Dem entspricht die Tatsache, dass bis zum Schlusse des 11. Jahrhunderts nur sehr wenige Gedichte sich finden, welche in allen Zeilen gereimt sind, dagegen fast in jedem Gedichte hie und da ein reimloser Vers unterläuft“.

[59]) HUEMER, *De SEDULII poetae vita et scriptis* p. 117: „At poetarum vergentis antiquitatis permulti, qui omnino versibus ornate fingendis

carminibus suis normas quasdam generales, quamvis eas ratione non cognoverit, ad usum tamen transtulit, quae normae tres sunt: prima, extremarum syllabarum inter se consonantium locus aptissimus ante caesuram, et quidem maiorem, vel in exitu versus habendus est; secunda, extremae verborum syllabae similes, quo clarius sonent aequalibus intervallis disponantur; tertia, extremas verborum syllabas consonas, quo melius percipiantur, certis et definitis versuum partibus resonare oportet; quae normae universae mediae aetatis artis poeticae, ut ex versuum hexametrorum exemplis a MEYERO diligenter collectis patet [60]), fundamentum factae sunt. SEDULIUS ergo iam maximi momenti lineamenta monstravit, a quibus incrementa atque summum extremarum syllabarum consonarum culmen mediae aetatis artis poeticae cum versibus hexametris leoninis aliisque earundem syllabarum formis proficiscuntur, quarum unum conspectum MEYER in sua commentatione modo allata praebet. Quae cum ita sint, SEDULIUM ad extremas verborum syllabas Latina mediae aetatis carmina ornantes usu confirmandas atque efflorescentes plurimum contulisse quis est, qui neget?

Quod ad hoc attinet, multum quoque SEDULII auctoritas valebat, qua ratione virtutis suae poeticae per omnia mediae aetatis saecula vigebat. Antiquum litterarum monumentum, cui *Decretum GELASIANUM de recipiendis et non recipiendis libris titulus* est quodque aliorum sententia sub finem

---

multam operam dederunt, consulto et cogitato rimis versus exornasse sunt putandi. Cuius rei testis mihi est SEDULIUS, poeta omnino versuum artificiosorum studiosus (cf. supra 43), in cuius carmine paschali permulti versus leonini inveniuntur". — MANITIUS, *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 311: „So tritt uns hier der Reim, wie in den Hexametern des SEDULIUS durchaus als beabsichtigt entgegen, er ist ein integrierender Bestandteil der Strophe", quod de hymno illo iambico, qui a verbis *A solis ortus cardine* incipit, dictum est. — STRECKER, *Studien zu Karolingischen Dichtern* p. 216: „Ebenso ist auch der L(eoninische Reim) bei ihm (SEDULIUS) in ungeahntem Masse ausgebildet". — Idem, *Einführung in das Mittellatein* p. 25 modo allatam commentationem appellando verba sua confirmat: „Wo ausgeführt wird, wie diese bei klassischen Dichtern gelegentlich auftretende Form bei spät-antiken, speziell bei SEDULIUS, um sich greift".

[60]) *Die Arten der gereimten Hexameter,* vide *RADEWINS Gedicht über THEOPHILUS* p. 79—98.

saec. V[61]), ut autem aliorum fert opinio, ineunte saec. VI ortum est[62]), de SEDULIO nostro praedicat: „Item venerabilis viri SEDULII *(opus paschale)*, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude praeferimus“ [63]), testans quanti iam aequales et proximi illorum temporum scriptorem eiusque carmen faciebant.[64]). Hymni eius iambici, qui a verbis *A solis ortus cardine* initium capit, strophae quaedam *Breviario* antiquitus iam insertae sunt[65]), aeque ac *Carminis Paschalis* versus quidam *Missali*[66]).

---

[61]) Carl Joseph von HEFELE, *Conciliengeschichte* vol. II, Freiburg 1875, p. 618. — BEER, *Bemerkungen über den ältesten Handschriftenbestand des Klosters Bobbio* p. 93.

[62]) Ernst von DOBSCHÜTZ, *Das Decretum GELASIANUM de libris recipiendis et non recipiendis in kritischem Text herausgegeben und untersucht,* vide *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur* vol. 38 fasc. 4, Leipzig 1912, p. 348.

[63]) Ibidem p. 10.

[64]) LOOSHORN, *Coelii SEDULII opera* p. XV. — BARDENHEWER, *SEDULIUS,* vide WETZER und WELTE'S *Kirchenlexikon* vol. XI col. 39. — COLOMBO, *La poesia cristiana antica* p. 156. — TRAUBE, *Einleitung in die lateinische Philologie des Mittelalters* p. 154. — Gustav KRÜGER, *Die Bibeldichtung zu Ausgang des Altertums,* Giessen 1919, p. 11: „Es wurde bereits darauf hingewiesen, dass bei manchem Frommen die freie Behandlung des heiligen Textes, zumal des Neuen Testamentes, Anstoss erregte. Als solches Ärgernis überwunden war, hat man SEDULIUS viel gelesen, und durch das ganze Mittelalter ist sein Ruhm verkündigt worden“.

[65]) KAYSER, *Beiträge zur Geschichte und Erklärung der ältesten Kirchenhymnen* p. 347, 366. — Guido Maria DREVES, *Analecta hymnica medii aevi* vol. L, Leipzig 1907, p. 58. — Idem, *Die Kirche der Lateiner in ihren Liedern* p. 28. — G. M. DREVES et Clemens BLUME, *Ein Jahrtausend lateinischer Hymnendichtung* vol. I, Leipzig 1909, p. 30. — Pierre BATIFOLL, *Histoire du bréviaire romain,* Paris 1911, p. 214. — SCHULTE, *Die Hymnen des Breviers* p. 142, 157.

[66]) Perperam dicit KRÜGER, *Die Bibeldichtung zu Ausgang des Altertums* p. 12: „Und heute noch betet der Geistliche im Brevier die schönen Verse, mit denen der Lobpreis der Gottesmutter beginnt“. — DREVES, *Die Kirche der Lateiner in ihren Liedern* p. 28: „Einige Verse aus dem Carmen Paschale des Dichters haben — ein seltenes Vorkommen — im römischen Messbuche sich einen Platz erobert und bis heute behauptet, u. z. im Introitus der Votivmesse der Jungfrau: „Salve, sancta parens. enixa puerpera regem“. — DREVES - BLUME, *Ein Jahrtausend lateinischer Hymnendichtung* p. 31.—WEYMAN, *Der Preis der Gottesmutter bei SEDULIUS,* vide *Vermischte Bemerkungen zu lateinischen Dichtungen* p. 183, et *Beiträge zur Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 128. — Nikolaus GIHR, *Das heilige Messopfer,* Freiburg 1922, p. 512 annot. 1.

SEDULII laudes posteriores poetae christiani ut VENANTIUS FORTUNATUS, ISIDORUS HISPALENSIS [67]), THEODULPHUS AURELIANENSIS, alii, quorum versus Faustinus AREVALUS collegit [68]), celebrabant. SEDULIUS, ut recte dicit RABY [69]), poeta quasi classicus christianus factus est, cuius carmina permulti alii poetae et scriptores Latini mediae aetatis, apud HUEMERUM commemorati [70]), plus minusve imitabantur [71]). Eiusdem mediae aetatis viris eruditis poemata eius maxime placuisse permulti codices manu scripti carmina eius continentes testantur, qui in antiquis bibliothecis inveniuntur [72]); similiter scholia plurima versibus eius ascripta poemata eius crebro regustata esse docent [73]). SEDULII carmina in

---

[67]) Gustav von DZIAŁOWSKI, *ISIDOR und ILDEFONS als Litterarhistoriker,* Münster 1898, p. 34, *De viris illustribus* cap. XX: „SEDULIUS presbyter edidit tres libros, dactylico heroico metro compositos, quorum primus signa et virtutes veteris testamenti potentissime resonat, reliqui vero gestorum Christi sacramenta vel miracula intonant".

[68]) *Prolegomena in Coelium SEDULIUM,* vide MIGNE, *Patrologia Latina* vol. XIX, Parisiis 1846, col. 504 sq. — Alexander RIESE, *Anthologia Latina* pars I fasc. II, Lipsiae 1870, p. 43 sq., 200. — HUEMER. *SEDULII opera omnia* Prolegomena p. II et 307 sq.

[69]) *A history of christian-latin Poetry* p. 110: „The thoroughly didactic character of the poetry of SEDULIUS, which reveals itself as much in this hymn as throughout the *Carmen Paschale,* made him one of the favourite poets of the Middle Ages. He became a Christian classic, cited by the grammarians, read as a model of style, and imitated by generations of versifiers". — Cf. BOISSIER, *SEDULIUS* p. 566.

[70]) *SEDULII opera omnia* p. 361-371: *Index scriptorum qui vel citaverunt vel imitati sunt SEDULIUM.* — MANITIUS, *Geschichte der christlich-lateinischen Poesie* p. 304. — RABY, *A history of christian-latin Poetry* p. 119, 126, 143, multis aliis locis.

[71]) De CASSIODORO cf. Adolph FRANZ, *M. Aurelius CASSIODORUS Senator,* Breslau 1872, p. 87. — BEER, *Bemerkungen über den ältesten Handschriftenbestand des Klosters Bobbio* p. 95. — DOBSCHÜTZ, *Das Decretum GELASIANUM* p. 282: „CASSIODOR zitiert SEDULIUS oft und mit Auszeichnung".

[72]) Cf. conspectum codicum apud HUEMERUM, *SEDULII opera omnia* Prolegomena p. IV — XLIII, positum.

[73]) *Cölius SEDULIUS* p. 86: „Die Werke des SEDULIUS haben eine sehr rasche und weite Verbreitung gefunden... es mag genügen, auf die ungemein zahlreichen Handschriften hinzuweisen, die theils sämmtliche Gedichte des SEDULIUS enthalten, theils bloss das Hauptwerk, das *Carmen Paschale.* Diese Handschriften sind, wie schon bemerkt, durchgehends sehr glossiert und oft stark benützt". — Idem, *Coelii SEDULII opera* p. VII. — SIGERSON, *The Eastern Song* p. 67 sq.

mediae aetatis scholis lectitabantur, initio quidem, ut haud perperam LOOSHORN opinatur[74]), dogmata ac doctrinam Christi perdiscendi causa, posterius carminibus SEDULIANIS discipuli leges metricae, ut RHABANUS MAURUS posteris tradidit[75]), et praecepta artis grammaticae Latinae addiscebant[76]).

Dum autem SEDULII scribendi genere poetae tam vehementer delectabantur, quid mirum eos illud potissimum imitatos esse, quod in carminibus eius insolitum atque novum videbatur, extremas scilicet verborum syllabas similes saepissime et usque adeo clare in eius versibus resonantes? Quam grata haec potissimum artis poeticae pars omnibus esset, BEDA VENERABILIS testatur, quippe qui SEDULII hexametros extremis verborum syllabis concentum servantibus distinctos elegantissimam versuum hexametrorum formam commendaret dicendo: „Optima autem versus dactylici ac pulcherrima compositio est, cum primis paenultima ac mediis respondent extrema, qua SEDULIUS frequenter uti consuevit“ [77]). E quibus efficitur cogiturque poetas Latinos posteriores praeter alia extremas

---

[74]) *Cölius SEDULIUS* p. 81: „Vielleicht hatten Macedonius und seine Freunde vor, das *Carmen* und das *Opus Paschale* des SEDULIUS, wenn nicht als humanistisches Lesebuch, doch als Katechismus für den Religionsunterricht in ihren Schulen zu benützen. Diese Verwendung hat thatsächlich das *Carmen Paschale* auch im Mittelalter gefunden. Daraus erklären sich die ungemein vielen Handschriften desselben, die in allen christlichen Ländern vorhanden sind und welche von Glossen sozusagen strotzen“.

[75]) *De clericorum institutione* III 18. — Cf. Franz Anton SPECHT, *Geschichte des Unterrichtswesens in Deutschland*, Stuttgart 1885, p. 87.

[76]) SPECHT, *Geschichte des Unterrichtswesens* p. 97: „In solchen Schulen jedoch, wo man aus religiöser Scheu von den Heiden durchaus nichts wissen wollte, suchte man diesen (scilicet VERGILIUM) meist durch christliche Dichter zu ersetzen, unter denen JUVENCUS und SEDULIUS einen hervorragenden Platz einnahmen. Das *carmen paschale* des letzteren erfreute sich, wie die Menge der vorhandenen und mit deutschen Glossen versehenen Handschriften zeigt, der grössten Beliebtheit. REMIGIUS von St. Germain hatte eine Erläuterung dieses Gedichtes verfasst, ein Buch, das in Klosterschulen sehr verbreitet war. Auch der Scholastikus FROUMUND von Tegernsee liess dasselbe durch Schulknaben abschreiben. Man erläuterte gerne an den Versen des SEDULIUS die Gesetze der Grammatik und Metrik und verwertete sie wohl auch als Belegstellen für lexikalische Zwecke. Im Lobe des Dichters stimmen alle mittelalterlichen Schriftsteller überein“.

[77]) *De arte metrica*, vide KEIL, *Grammatici Latini* p. 244.

verborum syllabas inter se consonantes potissimum novam artis poetiae ac venustam formam a SEDULIO accepisse eamque in eius emendationem incumbendo tempore procedente ad absolutionem perfectionemque excoluisse, quam in continuo et vario binarum syllabarum concentu hymnorum Latinorum perinde ac in versibus leoninis carminum dactylicorum mediae aetatis admiramur.

Qui a labentis saec. V prosodiae Latinae legibus primus haud ambiguo gressu novas futurorum saeculorum formas poeticas petit, noster SEDULIUS est, quapropter non plus, quam veritas patitur, dixisse speramus affirmando florescentis mediae aetatis poesis, venustissimo extremarum syllabarum concentu exornatae, auctorem scientem fuisse SEDULIUM, cuius igitur carmina re ipsa novum et grandem Latinae poesis tempestatem inchoant.

INDEX AUCTORUM

EUS SUPPLEMENTA ED. R. GANSZYNIEC

EUS SUPPLEMENTA tomis singulis singula comprehendent studia voluminis maioris quam ut in Societatis Philologae Polonorum commentariis q. i. EOS imprimi possint. Pretium singulorum voluminum est varium pro tomi magnitudine et argumento, ita tamen ut Societatis participes dimidium pretium solvant (ergo v. gr. pro 10 aureis pol. solummodo 5 aur.). Mandata et pretia colligit quaestor Societatis, prof. Marianus Golias, Leopoli, Ad viam S. Sophiae n. 22 (prof. Marjan Golias, Lwów, ul. św. Zofji 22). am edita aut proxime edenda sunt opuscula haec:

1. Hahn Victor, Bibliographia philologiae classicae et humanisticae Polonorum a. 1911—1925 12 aur.

2. Zieliński Thaddaeus, Iresione vol. I 30 aur.

Iresione praestat collectas retractatasque eximii viri docti dissertationes olim editas, nunc rarissimas; volumen I opuscula ad antiquorum drama pertinentia: *Der Tod des Kratinos, Die attische Märchenkomödie, Quaestiones comicae, August Nauck, Kaibel, Die Prolegomena περὶ κωμῳδίας* (censura), *Excurse zu den Trachinierinnen, Der Gedankenfortschritt in den Chorliedern der Antigone, Quaestiuncula Euripidea, L'évolution religieuse d'Euripide, Reflets de l'histoire politique dans la tragédie grecque, The Reconstruction of the lost Greek tragedies, Die Gliederung der altattischen Komödie* (retractationes).

3. Bulas Kazimierz, Les illustrations antiques de l'Iliade (avec 35 planches) 12 aur.

4. Kagarow Eugen, Griechische Fluchtafeln 8 aur.

Kagarow, Leningradi Russorum professor publ. ord., hic proposuit theoriam et typologiam defixionum tabellarum, ususque populares et res litterarias enucleans psychologas demonstrat rationes.

5. Novotný François, Etat actuel des études sur le rythme de la prose latine 10 aur.

Clarissimus auctor, professor universitatis Brnensis Bohemorum et editor *Eurhythmiae prosae graecae et latinae* (Pragae Boh. 1921), descripsit hic historiam et problemata studiorum ad prosae latinae rhythmum investigandum pertinentia ea qua praecellit auctoritate et perspicuitate.

6. Turyn Alexander, Studia Sapphica 12 aur.

Lineamenta primae historiae pathographiae poeticae.

7. Auerbach Marianus, De vocibus peregrinis in Vetere et Novo Testamento graeco obviis 12 aur.

8-9. Zieliński Thaddaeus, Iresione, vol. II et III.

Volumen II tradet studia ad antiquorum religionem pertinentia, scil. *Die Orestessage und die Rechtfertigungsidee, Erysichthon, Rom und*

seine Gottheit, Hermes und die Hermetica, Die sieben Todsünden, Boreigonoi, Charis and Charites, Bella Elena, De Tiresiae Actaeonisque infortuniis, Die hellenistischen Grundlagen des Christentums, Die Tragoedie des Glaubens etc.

Volumen III dabit miscellanea ut *Antike Humanität, Der Feuerbläser und der Dornauszieher, Marginalia, Die Behandlung gleichzeitiger Ereignisse im antiken Epos, Verrina, Das Ausleben des Klauselgesetzes, Ein neues Denkmal altrömischen Lebens, Rhythmusgesetze und Textkritik, Psychologische Grundlagen der Rhythmik, Joseph König, De Hippia Minore* etc.

10. Klinger Vitold, Mélanges de philologie, vol. I

Volumen I opusculorum publici iuris faciet studia ad lyricos Graecos pertinentia, scil. *Tyrtée, A propos de Simonide d'Amorgos, Simonide sur l'origine des femmes, Une élégie grecque d'origine contestée, Remarques sur les fragments élégiaques d'Archiloque, Etudes sur les fragments tétramétriques d'Archiloque, Un chapitre de l'histoire de l'ïambe populaire en Grèce, Les fragments de Mimnerme, L'épilogue des Idylles de Théocrite, Les images de la tempête sur mer chez Alcée.*

Volumen II antiquorum rituum apud posteros historiam explicabit.

11. Skimina Stanislas, Etat actuel des études sur le rythme de la prose grecque II — 10 aur.

Duabus dissertationibus, quarum altera ad auctores aetatis Byzantinae pertinens iam edita est, Sk. complectitur rhythmi prosae graecae historiam: quibus Skiminae Novotnyique opusculis si addideris opusculum de studiis ad rhythmum latinum medii aevi pertinens quod in ephemeride Leopolitana c. t. Humanitas imprimi fecit R. Ganszyniec, iam completam perfectamque rhythmi prosaici historiam habebis.

12. Kocewalow Andreas, Syntaxis inscriptionum antiquarum coloniarum graecarum orae septentrionalis Ponti Euxini

13. Müller Leo, In Luciani Philopseuden commentarius

14. Singer Maria, L'art de motiver dans les drames d'Eschyle — 8 aur.

15. Hahn Victor, Bibliographia philologiae classicae et humanisticae Polonorum a. 1893—1910.

16. Acta Congressus Posnaniensis philologorum classicorum terrarum Slavicarum habiti diebus 3—6 iunii 1929 — 12 aur.

17. Gładysz Bronislaus, De extremis quibus Seduliana carmina ornantur verborum syllabis inter se consonantibus — 12 aur.

18. Zakrzewski Casimir, Le parti théodosien et son antithèse

Praeterea scias praeparata studia haec:

Srebrny Stephanus, De Eupolidis vita et scriptis. Accedunt Eupolidis fragmenta denuo edita aucta emendata.

Hausknecht Ludwik, Etudes Lydiennes

Popławski Mieczyslas, Bellum Romanum

seine Gottheit, Hermes und die Hermetica, Die sieben Todsünden, Boreigonoi, Charis and Charites, Bella Elena, De Tiresiae Actaeonisque infortuniis, Die hellenistischen Grundlagen des Christentums, Die Tragoedie des Glaubens etc.

Volumen III dabit miscellanea ut *Antike Humanität, Der Feueranbläser und der Dornauszieher, Marginalia, Die Behandlung gleichzeitiger Ereignisse im antiken Epos, Verrina, Das Ausleben des Klauselgesetzes, Ein neues Denkmal altrömischen Lebens, Rhythmusgesetze und Textkritik, Psychologische Grundlagen der Rhythmik, Joseph König, De Hippia Minore* etc.

10. Klinger Vitold, Mélanges de philologie, vol. I

Volumen I opusculorum publici iuris faciet studia ad lyricos Graecos pertinentia, scil. *Tyrtée, A propos de Simonide d'Amorgos, Simonide sur l'origine des femmes, Une élégie grecque d'origine contestée, Remarques sur les fragments élégiaques d'Archiloque, Etudes sur les fragments tétramétriques d'Archiloque, Un chapitre de l'histoire de l'ïambe populaire en Grèce, Les fragments de Mimnerme, L'épilogue des Idylles de Théocrite, Les images de la tempête sur mer chez Alcée.*

Volumen II antiquorum rituum apud posteros historiam explicabit.

11. Skimina Stanislas, Etat actuel des études sur le rythme de la prose grecque II — 10 aur.

Duabus dissertationibus, quarum altera ad auctores aetatis Byzantinae pertinens iam edita est, Sk. complectitur rhythmi prosae graecae historiam: quibus Skiminae Novotnyique opusculis si addideris opusculum de studiis ad rhythmum latinum medii aevi pertinens quod in ephemeride Leopolitana c. t. Humanitas imprimi fecit R. Ganszyniec, iam completam perfectamque rhythmi prosaici historiam habebis.

12. Kocewalow Andreas, Syntaxis inscriptionum antiquarum coloniarum graecarum orae septentrionalis Ponti Euxini

13. Müller Leo, In Luciani Philopseuden commentarius

14. Singer Maria, L'art de motiver dans les drames d'Eschyle — 8 aur.

15. Hahn Victor, Bibliographia philologiae classicae et humanisticae Polonorum a. 1893—1910.

16. Acta Congressus Posnaniensis philologorum classicorum terrarum Slavicarum habiti diebus 3—6 iunii 1929 — 12 aur.

17. Gładysz Bronislaus, De extremis quibus Seduliana carmina ornantur verborum syllabis inter se consonantibus — 12 aur.

18. Zakrzewski Casimir, Le parti théodosien et son antithèse

Praeterea scias praeparata studia haec:

Srebrny Stephanus, De Eupolidis vita et scriptis. Accedunt Eupolidis fragmenta denuo edita aucta emèndata.

Hausknecht Ludwik, Etudes Lydiennes

Popławski Mieczyslas, Bellum Romanum